

Krmíčková, Helena

## Abbreviationes quae in apparatu critico locisque occurrunt

In: Krmíčková, Helena. *Studie a texty k počátkům kalicha v Čechách*. 1. vyd.  
V Brně: Masarykova univerzita, 1997, pp. [196]

ISBN 8021015330

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/122840>

Access Date: 17. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

# NICOLAUS DE DRESDA

## CONTRA GALLUM

(editio critica)

Cod. G — bibl. Univ. Pragensis IV G 15, f. 142r<sup>a</sup>–157r<sup>b</sup>

Cod. E — bibl. Univ. Pragensis VII E 6, f. 107r–111v (incompl.)

1 || „Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sagwinem, non  
habebitis vitam in vobis“, Iohannis VI. Secundum Thomam parte III Summe sue,  
questione LXXIX „spiritualis manducacio includit votum sive desiderium perci-  
piendi hoc sacramentum. Et ideo sine voto percipiendi hoc sacramentum non  
5 potest haberi salus. Frustra autem esset votum, nisi impleretur, quando opportu-  
nitas adesset. Et ideo manifestum est, quod homo tenetur hoc sacramentum su-  
mere non solum ex statuto ecclesie, sed etiam ex mandato Domini dicentis: Hoc  
facite in meam commemoracionem, et: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis  
et biberitis eius sagwinem, non habebitis vitam in vobis.“ Et sic secundum illum  
10 homo non solum ex statuto ecclesie, sed etiam ex mandato Domini tenetur con-  
municare non solum spiritualiter, sed etiam sacramentaliter, quia dicit „hoc  
sacramentum sumere“. Ideo | dicitur per eundem: „Non potest esse laudabilis  
humilitas, sed contra preceptum Cristi et ecclesie si aliquis a comunione  
abstineat.“ Ecce dicit esse preceptum, et sic habemus per eundem, quod est  
15 mandatum et preceptum. Et quando obicitur de centurione, dicit idem: „Non enim  
preceptum fuit centurioni, ut Cristum in sua domo reciperet.“ Unde dicit, quod  
„quantum ad adultos utrumque est necessitatis“, scilicet baptismus et hoc sacra-  
mentum. Et sic habemus, quod sit mandatum et preceptum necessitatis, maxime  
quantum ad adultos. Unde sequitur per eundem, „quod peccatores magnum detri-

G 142r<sup>a</sup>  
E 107r

G 142r<sup>b</sup>

7 solum om. E — statuto : statu E — 9 et...vobis : etc. E — 10 statuto : statu E — 18 maxime om. G

1 Ioh. 6,54

3 Thomas de Aquino, Summa theologica III, q. LXXX, a. XI, MPL 217d, 807; cf. *opera Nicolai Dresdensis*: Collecta, MS bibl. Univ. Prag. IV G 15, f. 214v<sup>b</sup>–215r<sup>a</sup>; Apologia, in: Hardt von der, H.: *Magnum oecumenicum Constantiense concilium III*, Francofurti et Lipsiae 1698 (*Iacobelli de Misa false attributum*), col. 633–634; Replica rectori scholarum in Corbach, MS bibl. Capit. Metrop. Prag. D 118, f. 10r, 33v; Sermo ad clerum 1416, MS bibl. Civitatis Dessaviensis Georg 50, f. 26v

12 *ibidem*, 807–808; cf. Collecta, f. 215r<sup>a</sup>; Apologia, 634

15 *ibidem*, 808; cf. Collecta, f. 215r<sup>a</sup>; Apologia, 634

17 *ibidem*; cf. Collecta, f. 215r<sup>a</sup>; Apologia, 634

19 *ibidem*; cf. Collecta, f. 215r<sup>a</sup>; Apologia, 634

*mentum paciuntur ex hoc, quod repelluntur a percepcone huius sacramenti. 20*  
*Unde per hoc non sunt melioris condicionis, et licet in peccatis permanentes non*  
*excusantur per hoc a transgressione precepti.” Hec secundum Thomam. Statutum*  
 G 142v<sup>a</sup> *est ergo in concilio generali per Innocencium III | Extra, De penitentiis et remis-*  
*sionibus, „Omnis”, ut adminus in Pascha a fidei suscipiatur eucaristie sacramen-*  
*tum. „Alioquin et vivens ab ingressu ecclesie arceatur, et moriens cristiana se-* 25  
*pultura careat.” Ideo dicitur in Sentenciarum libro IIII, distinccone XII in fine:*

E 107v *„Omnes ergo communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus.” Et sic*  
*quasi sub pena excommunicacionis cadit, quam eciam proferunt | omni anno rec-*  
*tores ecclesiarum in non communicantes tempore Paschali, ut docet experyencia.*  
*Sic dicit Albertus, Ratisponensis quondam episcopus, quod „non sunt ista egena 30*  
*elementa, de quibus dicit Paulus Galatarum IIII”, ubi dicit: „Quomodo conver-*

G 142v<sup>b</sup> *timini iterum ad infirma et egena elementa”, „id est ad legales observancias, que*  
*dicuntur infirma et egena elementa, quia legales observancie fuerunt quedam*  
*figure disponentes ad Cristum, non autem iustificabant nec gratiam conferebant,*  
*sicut | sacramenta Nove Legis faciunt”. Hec Lira ibi. Et sic patet, quod gracia 35*  
*confertur in sacramento eucaristie, de quo plenius infra dicitur. Ideo Albertus ubi*  
*supra dicit: „Sed potius sunt elementa, in quorum effectu Deus constituit salutem*  
*nostram, quia quamvis talibus corporalibus elementis salutem non alligaverit, ta-*  
*men in illis elementis salus invenitur et perditur vita, quando non requiruntur,*  
*nisi articulus necessitatis et non contemptus religionis elementum sacramentale 40*

G 143r<sup>a</sup> *excludat. Sicut et ille, in quo baptismus non ex contemptu religionis, sed per arti-*  
*culum necessitatis excluditur, non anmittit fructum baptismi, sed baptizatus bap-*  
*tismo flammis in Spiritu Sancto reputatur.” Hec Albertus. Et habetur ad hoc*  
*casus in capitulo „Debitum”, Extra, De baptismo: „Quod si Iudeus in mortis arti-*  
 G 143r<sup>a</sup> *culo constitutus, inter Iudeos existens, seipsum | in aquam mergeret dicendo: Ego 45*

25 arceatur : arciatur E — 27 ecclesiasticis om. G — 32–33 id est...elementa om. E — 35 ibi : idem E — 38 alligaverit : alegaverit E — 41 in quo em. sec. Albertum Magnum : in quo est codd. — non : et non G — 45 mergeret : inmergeret E

24 cf. X 5. 38. 12., Friedberg II, 887; cf. Apologia, 634; De imaginibus, in: Nicolai de Dresda „De imaginibus”, ed. J. Nechutová, SPFFBU E 15, 1970, 212

25 ibidem; cf. Apologia, 634

27 Petrus Lombardus, Sententiae, I. IV, d. XII, MPL 192, 867; cf. Replica, f. 22r (sumptum e Gratiano De consecr. D. 2 c. 10, Friedberg I, 1317; De consecr. D. 1 c. 59, Friedberg I, 1311)

30 Albertus Magnus, Liber De sacramento Eucharistiae, d. VI, tr. II, c. I, Opera XXI, Lugduni 1651, 101; cf. Collecta, f. 217<sup>b</sup>; Apologia, 634; Replica, f. 9v; Sermo ad clerum 1416, f. 26v

31 Gal. 4,9

32 cf. Nicolai de Lira Postillam ad Epistolam ad Galatas 4,9

37 Albertus Magnus, o.c., 101, 102; cf. Collecta, f. 217<sup>b</sup>; Apologia, 634, 633; Replica, f. 9v–10r; Sermo ad clerum 1416, f. 26v

44 cf. X 3. 42. 4., Friedberg II, 646–647

*baptizo me in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, quamvis non dicitur baptizatus, quia inter baptizatum et baptizantem debet esse discrecio, id est distincio, tamen si sic decederet, ad patriam protinus evolaret propter sacramenti fidem etsi non propter fidei sacramentum.*" Concordat De penitencia distincione

- 50 VII, canone ultimo. Ad idem dicit Thomas in Compendio post alios doctores:  
 „Qui non communicat suo tempore, multa incurrit. Primo, quia talis utilitate multiplici privatur“, de qua infra patebit. „2<sup>o</sup>, quia constitutionem ecclesie transgreditur“, de qua etiam supra in capitulo „Omnis“. „Tercio, quia maledictionem incurrit, Proverbiorum: *Ve soli, quoniam si ceciderit, non habet sublevantem.*  
 55 *Quarto, quia vices Deo non rependit, Augustinus: Verecundum est illi hospicium denegare, qui omnem pulsantem solet admittere.*" Hec ibi.

Ex quibus breviter conclusive patet, quod homo tenetur hoc sacramentum sumere ex mandato Domini et precepto Cristi et ecclesie, ex necessitate secundum sanctum Thomam, sub excommunicationis | et maledictionis pena per capitulum G 143<sup>b</sup>  
 60 „Omnis“ et Thomam in Compendio, quia perditur vita, quando non requiritur articulo necessitatis excluso secundum Albertum, et hoc etiam swadetur ex illa dictione „nisi“, que dicit necessitatem, de qua supra in principio: „Nisi manducaveritis carnem Filii hominis“ etc.

- Hanc sententiam quidam impugnare nituntur, tamen, ut spero, non animo indurato, ut essent de istis desperatis, qui dicunt: „Recede a nobis, viam scientiarum tuarum nolumus“, quasi aliquis firmatus in sua sententia diceret: | „Nolo aliter credere, vel nolo hoc vel hoc approbare posita etiam meliori informacione.“ E 108<sup>r</sup>  
 65 Opportet enim accedentem credere: „Nisi enim credideritis, non intelligetis“, dicit propheta. Sensus enim perdiderunt studio contradicendi, cum huiusmodi enim in  
 70 vanum est loqui sive conferre, ut dicitur Proverbiorum IX: „Qui erudit derisorem,

47 quia om. E — 48 protinus om. G — 48–49 sacramenti fidem em. sec. X: sacramentum fidei codd  
 — 52 qua: quo E — 54 quoniam: qui G — 59 pena om. E — 63 etc.: et biberitis eius sanguinem E  
 — 66 sua sententia: sententia sua E — 66–67 aliter: alteri E

49 cf. De poen. D. 7 c. 6, Friedberg I, 1246–1247

51–56 Hugo Ripelinus de Argentina, Compendium theologicæ veritatis, l. VI, c. XVII, in: Albertus Magnus, Opera XIII, Lugduni 1651, 122

59 cf. lin. 17

60 cf. lin. 25

60 cf. lin. 51–56

61 cf. lin. 37

62 Ioh. 6,54

65 Iob 21,14

68 Is. 7,9 (sec. LXX)

69 Sensus...contradicendi: Sermo ad clerum de materia sanguinis, MS bibl. Univ. Prag. IV G 15, f. 203<sup>r</sup>

70 Prov. 9,7

*ipse sibi iniuriam facit*<sup>a</sup> etc., et XVIII dicitur: „*Occasiones querit, qui recedere vult ab amico, omni tempore erit exprobabilis. Non recipit stultus verba prudentie, | nisi ea dixeris, que versantur in corde eius. Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contempnit.*“ Sic XXII Proverbiorum dicitur: „*Noli esse amicus homini iracundo neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius et sumas scandalum anime tue*“ etc. Est enim hoc peccatum ad mortem secundum Augustinum, cum post agnitionem Dei per gratiam Cristi oppugnat aliquis fraternitatem. Pocius autem opto eos, de quibus scriptum est: „*Et erunt docibiles Dei*“, et sic dicitur Proverbiorum IX: „*Da sapienti occasionem et addetur ei sapientia, doce iustum et festinabit accipere. Principium sapientie timor Domini*“ etc. Sic dicitur Actuum XV, quod inter Paulum et Barnabam „*facta est dissensio, ita ut abinvicem discederent*“. Non tamen fuit ista dissensio secundum Liram contraria caritati, sed quia unus movebatur alia ratione quam alter et e converso. Sic et modo potest fieri non animo persistendi in proposito suo, si efficacius et ewangelio propinquius propositum audierit, nec intencione subvertendi veritatem et ab ea declinandi, quia: „*Maledicti, qui declinant a mandatis tuis.*“ Unde dicit Heynricus Boech, quod veritas est perpetue existentis rei tanta soliditas, ut ceteris defluentibus ipsa in suo esse maneat inconcussa, ymmo si dici phas sit, in suis concussionibus amplius roboratur. „*Sola enim vexacio intellectum dabit auditui*“, dicit propheta. „*Et in paucis vexati in multis bene disponentur.*“

Moventur autem primo, quod non sit preceptum ex dicto Augustini, prout ponitur XII distincione, „*Illam*“, et per eundem De consecracione distincione II,

75 ambules : ambulas E — 80 etc. om. E — 81 est om. E — 83 movebatur : movetur E — e converso : e contrario E — 84 persistendi : persistenti E — 86 tuis om. E — 86–87 Heynricus Boech : Henricus Bochech E — 89 roboratur : roburatur E

71 Prov. 18,1–3; cf. Sermo ad clerum, f. 203r<sup>2</sup>; Replica, f. 19r

74 Prov. 22,24–25

77 non inveni

78 Ioh. 6,45

79 Prov. 9,9–10

81 Act. 15,39

82 cf. Nicolai de Lira Postillam ad Actus apostolorum 15,39

86 Ps. 118,21

87 non inveni

89 Is. 28,19

90 Sap. 3,5

91–202 ex dicto...Apostolus: Replica, f. 49v–51v

91 cf. Galli Asserunt quidam, *editionis criticae in hoc volumine* p. 138

92 cf. Aurelii Augustini Ad inquisitiones Januarii librum primum seu Epistolam LIV, c. I–II, MPL 33, 200 = D. 12 c. 11, Friedberg I, 29–30

„Cottidie“, ex cuius dictis volunt, quod communicare sit *libertatis* et *non precepti*. Dicendum, quod aliud est dicere: Communicare est *libertatis*, aliud: Comunicare cottidie vel non cottidie est *libertatis*. In primo casu non loquitur Augustinus, sed  
 95 cetera sic dicit: „*Alie vero que per loca terrarum religiones variantur, | sicuti est, quod alii ieiunant sabbatum, alii non, alii cottidie communicant corpori et sagwini Domini, alii certis diebus accipiunt, et si quid aliud huiusmodi animadverti potest, totum hoc genus liberas habet observancias*“, et sic de aliis. Sic dicit De consecracione distincione II, „Cottidie“: „*Dixerit quispiam non cottidie accipientem eucaristiam, alius affirmat cottidie; faciat unusquisque, quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum*.“ Liquet ergo, quod loquitur de comunione cottidiana vel non cottidie et illam dicit faciendam secundum fidem cuiuslibet,  
 100 et quod quantum ad hoc habeat *liberas observancias* et hoc fundatur in lege ewangelica et apostolica, que dicit „*quocienscumque*“ non determinando an cottidie, vel non. Et sic patet de isto, quid sit dicendum.

G 144r<sup>a</sup>

Moventur 2<sup>o</sup> ex verbis Gorre super Iohannem, ut dicunt, sic dicentis: „*Queritur de hoc, quod dicit: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sagwinem, non habebitis vitam in vobis. Ex hoc videtur, quod sacramentum eucaristie | sit necessitatis et quod nullus sine eo possit salvari. | Contra: Aut intelligit de vita gracie, aut de vita glorie. Gracie non, quia qui digne vult accedere, prius debet habere vitam gracie, ergo eam non habet per manducacionem spiritualem. Nec vitam glorie, quia si potest habere vitam gracie sine ista manducacione, potest et glorie*.“ Pro solucione istius secundum quod dicit Lira I Corinthiorum XI: „*Est sciendum, quod sicut in vita corporali primo est generacio, 2<sup>o</sup> geniti nutricao, sic in vita spirituali precedit baptismus, qui est spiritualis generacio, et sequitur eucaristia, que est spiritualis nutricao. In generacione vero*  
 110  
 115

G 144r<sup>b</sup>  
E 108v

94 quod *om. E* — 96 canone : casu *E* — 100 observancias : observaciones *E* — et sic de aliis : etc. *G* — 106 determinando : deteriendo *E* — 107 vel non : an non *G* — 110 vitam : vitam eternam *E* — 111–112 intelligit : intelligitur *G* — 113 eam non habet : non potest *G* — 115 istius : istis *E* — 116 primo *om. E*

93 *cf.* De consecr. D. 2 c. 13, Friedberg I, 1318–1319 = Pseudo-Augustini De ecclesiasticis dogmatibus liber Gennadio tributus, c. XXIII (al. 53), MPL 42, 1217

97 Aurelius Augustinus, Ad inquisitiones Januarii liber primus seu Epistola LIV, c. II, MPL 33, 200 = D. 12 c. 11, Friedberg I, 29; *cf.* Sermo ad clerum, f. 208v<sup>a</sup>

101 De consecr. D. 2 c. 13, Friedberg I, 1319 = Aurelius Augustinus, Ad inquisitiones Januarii liber primus seu Epistola LIV, c. III, MPL 33, 201

106 *cf.* I. Cor. 11,25,26

108 *cf.* Galli *o.c.*, 138–139

108 Bonaventura, Commentarius in Evangelium s. Iohannis, c. VI, Opera omnia VI, Quaracchi 1893, 334

116 Nicolaus de Lira, Postilla ad I. Cor. 11,23; *cf.* Sermo ad clerum, f. 201r<sup>a</sup>, 209r<sup>a</sup>

*naturali generans non coniungitur genito secundum substantiam, sed solum secundum virtutem et in nutritione cibus coniungitur nutrito secundum substantiam, et similiter in vita spirituali Christus in sacramento baptismi solum est secundum virtutem, sed in sacramento eucaristie, quod est alimentum spirituale, est secundum substantiam.*" Dicitur ergo primo, quod intelligit de vita gracie, ut dicit Thomas in Compendio: „*Sic Deus non tantum instituit sacramentum, quod nos in esse gracie | generaret ut baptismum, vel quod genitos roboraret ut confirmationem, verum etiam quod roboratos enutriret ut eucaristiam. Propter hoc hec tria sacramenta dantur omnibus, qui ad fidem accedunt. Datur igitur per ipsum peccatorum remissio, quia per ipsum cibum fit reparatio deperditi. Unde quando dicitur in oratione Dominica: Panem nostrum cottidianum da nobis hodie, statim sequitur: Et dimitte nobis debita nostra. Istud intelligitur de venialibus, non mortalibus, quia sicut alimentum naturale prodest viventi et non mortuo, similiter spirituale alimentum. Item interior vivificatio, quia nonnunquam per virtutem huius sacramenti fit de attrito contritus, Genesis: Lignum vite comestum vitam prestabat. Item gracie collatio, Exodi: Descendente manna descendit et ros. Quinque enim sunt, que animam iustificat, sed diversimode. Deus enim iustificat auctoritative, gracia iustificat formaliter expellens morbum spiritualem, | implecio mandatorum Dei iustificat conservative ut dieta, sacramenta vero tamquam vasa medicinalia, in quibus confertur gracia, sacerdos vero ministerio., Confirmacio enim est medicina conservativa sanitatis spiritualis, in qua datur Spiritus Sanctus ad robur et ad conservacionem gracie, date in baptismo. Matrimonium est medicina preservativa. Ordo est medicina meliorativa, in qua augmentatur gracia. Eucaristia hec omnia simul facit. Curat enim venialia, que sunt occasio ruine maioris, conservat etiam gratiam inventam in homine et augmentat, sicque meliorat et a peccato nichilominus preservat. Quia eucaristia ordinatur contra maliciam et est sacramentum caritatis, igitur dicitur Cristi commemoracio, Mathei XXVI: Hoc facite in meam commemoracionem, scilicet mee dileccionis, liberationis, imitationis. | Nisi ergo manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sagwinem, non habebitis vitam*“, scilicet gracie, „*in vobis. Quilibet enim, qui est sine mortali, est membrum corporis Cristi mistici. Membrum autem debet sustentari alimento corporis Cristi veri, alioquin efficitur aridum, sicut et membrum corporeum ad quod non transmittitur corporalis cibi nutrimentum.*“ Hec Thomas per totum. Ergo non habebitis vitam in vobis, sicut nec *membrum corporeum, ad | quod non transmittitur nutrimentum, sed aridum fit et moritur. Unde*

122 alimentum : nutrimentum G — 126 etiam : est E — 127 omnibus : in omnibus E — 128 ipsum : istum E — 137 vero om. G — 140 conservacionem : confirmacionem G — 141 augmentatur : melioratur G — 143 conservat : confirmat E — 146 XXVI om. E — 148 enim om. E

124 Hugo Ripelinus de Argentina, o.c., l. VI, c. XV, IV, V, XV, XVII, Opera XIII, 121, 115, 121, 122

155 dicit Augustinus ad Ianuarium libro 1: „*Qui non meretur cottidie accipere, non  
 meretur post annum accipere, quia minus aptus erit, ex quo non asuevit sepe  
 sumere; per disuetudinem enim homo non confitetur nec vigilat in penitencia, et  
 sicut vitis, que non circumfoditur nec a superfluis preciditur, germinat in malis  
 operibus et actibus mundi, qui si sepe communicaret, paracior et dignior esset*“  
 etc. Ergo non habebitis vitam in vobis, quod erat probandum. Item dicit Augus-  
 160 tinus in persona huius sacramenti: „*Cibus | sum grandium; non me mutabis in te, G 145r<sup>b</sup>  
 sed tu mutaberis in me*“, quia huius sacramenti perceptio percipientem incorporat  
 ipsi Cristo, et ideo perceptio huius calicis est communicatio sanguinis Christi, et  
 quia dat vitam gratie, ut est supra dictum. Consequenter sequitur, quod dat vitam  
 glorie. Nisi ergo manducaveritis carnem meam et biberitis meum sanguinem, non  
 165 habebitis vitam in vobis, scilicet glorie. Unde dicit Thomas ubi supra, quod con-  
 municans consequitur „*celestis regni collacionem, Iohannis: Qui manducat meam  
 carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam eternam. Christus enim Verbum Pa-  
 tris cum sit summe virtutis, summe veritatis, summe bonitatis. Ratione bonitatis  
 promisit premia beatificancia, ratione veritatis dedit precepta dirigencia, ratione  
 170 virtutis instituit sacramenta adiuuancia, ut sic per sacramenta repararetur virtus  
 ad implenda precepta et per precepta perveniatur ad premia.*“ Unde dicit Magis-  
 ter in Sententiarum libro IIII, distincione VIII: „*Post sacramentum baptismi et  
 confirmacionis sequitur eucaristie sacramentum. Per baptismum mundamur, per  
 eucaristiam in bono confirmamur. Baptismus estus viciorum extiguit, eucaristia  
 175 spiritualiter reficit. Unde excellenter eucaristia dicitur, id est bona gracia, | quia G 145v<sup>a</sup>  
 in hoc sacramento non modo est augmentum virtutis et gratie, sed ille totus su-  
 mitur, qui est fons et origo totius gratie. Hec esca celestis fideles huius seculi  
 desertum transeuntes in celum subvehit. Unde recte viaticum appellatur, quia in  
 via nos reficiens usque in patriam ducit*“ et cetera. Et sic patet, quod hoc sacra-

157 preciditur : presciditur G — 158 mundi : huius mundi E — 162 est : et E — 164–165 meam...ha-  
 bebitis : Filii hominis etc. E — 165 glorie : gratie E — 168 summe virtutis om. G — 169 promisit  
 : permisit E — 170–171 sacramenta...et per om. G — 172 VIII : VIII E — 173 confirmacionis : con-  
 firmacionem G — 178 in celum em. sec. Petrum Lombardum atque Nicolai Dresdensis Replicam  
 : in celo codd. — 179 in patriam : in penitentiam E

154 cf. Aurelii Augustini Sermonem de Scripturis LXXXIV (Sermo de verbis Domini 28), MPL  
 39, 1909; cf. Ambrosii De sacramentis, l. V, c. IV, MPL 16, 452; per totum textum Determi-  
 nacio Augustini in: Matthiae de Janov Regulae Veteris et Novi Testamenti, vol. II, ed. V. Ky-  
 bal, Oeniponte 1909, 128–129; cf. Sermo ad clerum, f. 210r<sup>b</sup>

159–162 dicit...Cristi: Sermo ad clerum, f. 202r<sup>b</sup>; in persona...mutaberis in me allatum in: Nicolaus  
 de Lira, Postilla ad Evangelium Iohannis 6,27

160 Aurelius Augustinus, Confessiones, l. VII, c. X, MPL 32, 742

164 cf. Ioh. 6,54

166 Hugo Ripelinus de Argentina, o.c., l. VI, c. XV, III, 121, 114

172 Petrus Lombardus, Sententiae, l. IV, d. VIII, MPL 192, 856



mentum confert vitam gracie et glorie. Ideo „*Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sagwinem, non habebitis vitam in vobis*“, scilicet gracie, et per consequens nec glorie. Hoc eciam patet ex diffinitione sacramenti, quam ponit Hugo de Sancto Victore, qui ait: „*Sacramentum est materiale elementum oculis suppositum, ex institutione significans, ex similitudine representans, ex sanctificatione aliquam gratiam conferens invisibilem.*“ Unde dicit Lira Mathei XXVI, „*quod perceptio huius sacramenti dat vitam eternam, Iohannis VI: Qui manducat meam carnem*“ etc. Sunt et multa alia bona, que consequitur digne communicans, scilicet „*spiritualis refeccio, Psalmo: In loco pascue. Item devocionis augmentacio, Psalmus: Impigwasti in oleo caput meum. Nu|trimentum enim, quod hic datur nobis quantum ad esse gratuitum, in tribus attenditur, scilicet in conservacione devocionis ad Deum et dileccionis ad proximum et delectacionis inter nosipsos. Item fomitis mitigacio, Psalmus: Super aquam refeccionis educavit me, quia sicut aqua refrigerat, sic et illud sacramentum a fervore concupiscencie. Item virtutum roboracio, Psalmus: Panis cor hominis confirmet et vinum letificet cor hominis. Item contra dyabolum armacio, Psalmus: Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me. | Item spei elevacio, Apostolus: Quomodo non cum illo nobis omnia donavit. Item amoris excitacio, Bernhardus: Disce cristiane, quantum debeas diligere Cristum, qui dedit nobis carnem suam in cibum, sagwinem in potum, animam in precium, aquam in lavacrum, crucem in defensionem, clavos in condimentum. Item fidei commendacio, quia in hoc sacramento elevatur supra naturam et supra sensum et supra intellectum, Apostolus: Captivitatem omnem | intellectum in obsequium Cristi. Item angelica convivacio, Psalmus: Panem angelorum manducavit homo. Item spiritualis delectacio, Sapientie: Dedisti eis panem de celo habentem omne delectamentum. Item intellectus illuminacio, primi Regum XIII: Gustavit Ionathas de melle et illuminati sunt oculi eius.*“ Hec Thomas ubi supra. Ad idem dicit Gwilhelmus in Sacramentali suo ponens XII fructus huius sacramenti hiis versibus: „*Inflammat caritatem, memorat passionem Cristi, sustentat contra casum provenientem ex propria infirmitate, roborat ad operacionem, auget hostia spem, purgat peccatum*

180 confert : conficit E — 181 et biberitis eius sagwinem om. E — 188 Psalmo : Psalmus E — 190 datur : dat E — 191 delectacionis em. sec. Hugonem Ripelinum de Argentina : dileccionis G : delectacionem (sic) E — 194 Psalmus : Psalmo E — confirmet : confirmat E — 197 Bernhardus : Unde E — 198 debeas : debes E — 199 sagwinem : et sagwinem G — 203 homo : homo etc. E

180 loh. 6,54

183 cf. Hugonis de Sancto Victore De sacramentis christianae fidei, l. I, pars IX, c. II, MPL 176, 317; expressis verbis Hugo Ripelinus de Argentina, o.c., l. VI, c. II, 114

186 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Matthaei 26,29

188 Hugo Ripelinus de Argentina, o.c., l. VI, c. XV, 121

207 cf. Guilelmi de Monte Lauduno Sacramentale, MS bibl. Univ. Prag. V B 17, f. 260v<sup>a-b</sup>

210 *veniale et quandoque mortale, reficit manducantem eterna consolacione, vitam dat gratie et unit Cristo, confirmatque fidem, munit contra impulsu demonis, fomitemque remittit, id est ardorem concupiscencie.*“ Item Bernhardus de effectu eucaristie dicit: „*Est medicina egrotis, peregrinantibus dieta, debiles confortat, valentes delectat, langworem sanat, sanitatem servat; fit homo manswecior ad*  
 215 *correpcionem, paciencior ad laborem, ardencior ad amorem, | sagacior ad cautelam, ad obediendum promcior, ad graciaram accionem devocior.*“ Ideo dixi secundum Albertum supra, quod in hiis *salus invenitur et perditur vita, quando non requiruntur* etc. Ergo non habebitis vitam in vobis, „*Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sagwinem, non*“ etc. Sic Apostolus non dicit:  
 220 „*Probet seipsum homo tantum et sufficit*“, sed: „*Probet, et sic de pane illo edat et de calice bibat*“, et hoc eciam patet ex verbis ewangelii. Non enim dicitur: „*Nisi manducaveritis carnem etc., non habebitis vitam in vobis*“, sed presupponit manducantem vivere, quia mortuo cibus eciam corporalis non prodest. Ideo dicitur notanter, non habebitis vitam in futuro, scilicet nisi per cibum corporis et  
 225 potum sagwinis mei sustentemini. Ex defectu enim alimenti eciam corporei deficit vita eciam corporis, quanto magis vita anime alimento sibi subtracto, et hec fuit sententia Thome supra. Quis ergo vellet fideles privari tam multiplici bono in subtractione huiusmodi cibi et potus, nisi qui non diligeret, quia: „*Quod quis non diligit, defacili contempnit*“, XX, questione III, „*Presens clericus*“. Qui fors  
 230 san nunquam vel raro minimam scintillam divine gratie, que in hoc | sacramento tribuitur, habuerunt, sed quadam indulta conswetudine ad illud accedunt, et sic inanes et sine gracia recedunt, non ut accedant, sed ut recedant festinantes, non ex affectu devocionis, sed ex defectu divini fervoris cupientes accedere! Qui si gustassent, quam dulcis est Dominus, mitis et multe misericordie, suum fidelem  
 235 populum non retraherent per diswasiones eorum infictis verbis ex seipsis loquentes secundum desideria eorum, cum eciam huiusmodi impudentes nonnun-

G 146r<sup>b</sup>G 146v<sup>a</sup>

214 langworem : lagwentes G — 217 vita om. E — 218 etc. om. E — 219 biberitis...etc. om. E — 220 Probet seipsum : Probat seipsum E — 222 carnem om. E — in vobis om. E — 228 quia om. E — 234 et multe : ac multe E

213 *in operibus Bernardi Claraevallensis non inveni; cf. etiam Andreae de Broda Tractatum De sacramento eucharistiae, in: Kadlec, J.: Studien und Texte zum Leben und Wirken des Prager Magisters Andreas von Brod, Münster 1982, 255, adnotatio z; expressis verbis: Hugo Ripelinus de Argentina, o.c., l. VI, c. XV, 121*

217 *vide lin. 39*

218, 222 Ioh. 6,54

220 1. Cor. 11,28

227 *cf. Hugonis Ripelini de Argentina o.c., l. VI, c. XVII, 122; cf. lin. 149–150*

228 C. 20 q. 3 c. 4, Friedberg I, 850; *cf. Sermo ad clerum, f. 203r<sup>a</sup>; Replica, f. 19r*

229–239 Qui fors...communicare: Sermo ad clerum, f. 203r<sup>a-b</sup>

234 *cf. 1. Petr. 2,3*

- E 110r quam publice fateri non verentur se potius velle | abstinere, sed quasi necessitate compulsi ratione officii vel beneficii oportere celebrare, et per consequens communicare non propter Iesum, sed sicut „*Effraym vitula docta diligere trituram*“, Ozee X, quia „*diligit trituram ex eo, quod comedere consuevit ad libitum suum, secundum illud Deuteronomio XXV: Non ligabis os bovis triturantis, et ideo non vult exire de loco*“, ut dicit Lira ibi. Sic tales, quia saturantur et manducant cotidie splendide et induuntur mollibus, officiant, et sic sub specie | pietatis questum queritant huiusmodi enim mortuis et ceteris filiis Belial. Ex cibo isto non bona, sed mala proveniunt, ut dicit Thomas supra: „*Sic nullius opus placet Deo, nisi ipse prius placeat. Indigna namque communicatio peccatis hominem illaqueat, dampnationem preparat, proximum scandalizat, mentes excecatur, temptationi subiungat, Deum irrat, vitam temporalem breuiat, gratuitis spoliatur. De hiis omnibus per ordinem dicitur in Psalmo: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, ecce primum, et in retributiones, ecce 2<sup>m</sup>, et in scandalum, ecce 3<sup>m</sup>. Obscurentur oculi eorum, ecce 4<sup>m</sup>, et dorsum eorum semper incurva, ecce 5<sup>m</sup>. Effunde super eos iram tuam et furor ire tue comprehendat eos, ecce 6<sup>m</sup>. Fiat habitatio eorum deserta, ecce 7<sup>m</sup>, et in thabernaculis eorum non sit, qui inhabitet, ecce 8<sup>m</sup>.*“ Videant illi, qui solum in anno vix semel accedunt ostendentes se facere tantum, sicut ceteros vident | facere, magis ex humana constitutione, ut sic periculum temporale evadant, scilicet excommunicationem sive alias punitionem in corpore sive in rebus! Et sic patet, quid sit dicendum de isto 2<sup>o</sup>.
- G 146v<sup>b</sup>
- G 147r<sup>a</sup>

Et non oportet illam scripturam evangelii, scilicet „*Nisi manducaveritis carnem Filli hominis*“ etc., propter hoc intelligi, ut dicunt in oppositum loquentes, spiritualiter tantum, id est non sacramentaliter. Et dictum Augustini, quod allegant, intelligit Albertus, vir utique scientia illuminatus, verum esse in articulo necessitatis: „*Tunc dicimus cum Augustino: Crede et manducasti.*“ Et sic sine sacramentali comunione potest esse salus, sicut etiam sine baptismo sacramentali eo casu potest esse salus, ut supra dictum est in principio. Et allegant postea Au-

237 velle *om.* E — 241 triturantis *om.* G — 242 ibi : ibidem E — 250 retributiones : tribulationes E — 251 oculi eorum : eorum oculi E — 252 Effunde : Effundam E — 254 in anno *om.* E — 254–255 facere tantum : tantum facere E — 255 ut sic : et sic E

239 Os. 10,11; *cf.* Sermo ad clerum, f. 210r<sup>a</sup>

240 Nicolaus de Lira, Postilla ad Osee prophetam 10,11; *cf.* Sermo ad clerum, f. 210r<sup>a</sup>

242–243 Lira...mollibus: Sermo ad clerum, f. 210r<sup>a</sup>

244 *cf.* e.g. Deut. 13,13

245 Hugo Ripelinus de Argentina, *o.c.*, l. VI, c. XV, 121

258 Ioh. 6,54

259–260 *cf.* Galli *o.c.*, 145–146, 139.

260 *cf.* Aurelii Augustini In Joannis evangelium tractatum XXV, MPL 35, 1602

262 Albertus Magnus, *o.c.*, 101–102; *cf.* Collecta, f. 218v<sup>a</sup>; Apologia, 633; Replica, f. 9v–10r

264 *cf.* Galli *o.c.*, 139

- 265 gustinum De consecratione distincione III, „Nulli“, qui vult, quod quicumque  
baptizatus particeps efficitur corporis et sanguinis Christi, et si ante decedat, quam  
de pane illo edat vel calice bibat, ut etiam dicitur De consecratione distincione  
II, „Qui passus“, verum est, quia membrum corporis Christi mystici efficitur, | etsi G 147r<sup>b</sup>  
sic decederet necessitate mortis compellente, ita quod habere non posset cibum  
270 istum, nec daretur sibi. Dicendum est, quod in casu precedenti, cum ex con-  
temptu non obmittit, sed forte ex ignorantia invincibili, quantum ad baptizatum,  
isto autem excluso quia membrum sustentari debet alimento corporis Christi („Nisi  
*manducaveritis carnem Filii hominis, non habebitis vitam*“), sed efficitur aridum,  
Deus enim non tantum instituit sacramentum, quod nos in esse generaret ut bap-  
275 tismum etc., de quo patet supra circa principium 2<sup>o</sup> responsionis. Et quod Augus-  
tinus loquitur in isto sensu, patet ex canone „Qui passus“ supra allegato, ubi  
dicitur: | „Item in sermone de infantibus“, et sic maxime loquitur de pueris sive E 110v  
infantibus, quibus non datur, ut patet de facto, et sic est ipsis pueris ignorantia  
invincibilis. Et dicit Dyonisius, vir utique etiam scientia illuminatus, sancti Pauli  
280 discipulus, in De ecclesiastica hierarchia, „quod eucaristia dicitur congregatio,  
quia omnia alia sacramenta recipiunt ab isto suam perfectionem. Nullum enim  
sacramentorum aliorum | vere celebratur, in quo sacra communio non sumatur,  
ad insinuandum, quod nullum sacramentum ad veram penitentiam adducit, in  
quo eucaristia sancta non sumitur. Item dicitur illud sacramentum congregatio,  
285 non solum quia per ipsum omnia sacramenta perficiuntur, sed etiam quia per  
ipsius communionem omnes fideles Christo uniuntur. Christus enim caput est eccle-  
siae, membra vero sunt omnes fideles, quorum ad ipsum tunc vere fit unio,  
quando ab ipsis vera fit Domini sacra nostra communio. Etenim est perfectionum  
perfectio secundum nostrum gloriosum ducem, id est secundum beati Pauli sen-  
290 tentiam I Corinthiorum XI: Ego enim accepi a Domino, quod et tradidi vobis.  
Et eucaristia merito singulariter habet, quod aliis est commune, quia aliorum  
sacramentorum perfectio ex ipsa dependet. Igitur si omnia sacramenta sunt  
imperfecta, nisi communione sacre eucaristie perficiantur, ergo ipsa est finis et

269 compellente : decedente E — 270 nec : et sic E — 272 Cristi : Cristi veri E — 274 generaret ut  
: generat vel E — 276 ex canone : ex capitulo E — 277–278 et sic...infantibus om. G

265 cf. De consecr. D. 4 c. 131, Friedberg I, 1404–1405; cf. Aurelii Augustini Contra duas epi-  
stolas Pellagianorum ad Bonifacium, Romanae ecclesiae episcopum, l. I, c. XXII, MPL 44,  
570; cf. Collecta, f. 215v<sup>b</sup>–216r<sup>a</sup>

268 cf. De consecr. D. 2 c. 36, Friedberg I, 1326–1327

272–275 cf. lin. 124–151

272 loh. 6,54

277 De consecr. D. 2 c. 36, Friedberg I, 1326

280 Commentarius Petri Hispani ad De ecclesiastica hierarchia Pseudo-Dionysii Areopagitae, MS  
bibl. Univ. Brun. Mk 55, f. 221r–222r, cf. Pseudo-Dionysii Areopagitae De ecclesiastica hierar-  
chia III, 1, MPG 3, 423–426; cf. Collecta, f. 215r<sup>b</sup>–215v<sup>a</sup>

*perfeccio omnium sacramentorum. Ad hoc enim aliis sacramentis relicta est imperfeccio, ut perfeccione eucaristie perficiantur. Et ideo convenienter ex rei veritate eucaristia nominata est congregacio vel communio, quia in ipsa et per ipsam fit omnium percipiencium sacramenta adunacio et perfeccio.*" Hec illuminatus vir sanctus Dyonisius. Si ergo baptismus vel aliud sacramentum sine eucaristia preceptum sit imperfectum, iudicet quilibet ex verbis illius sancti propter hoc, ut dicit Gorra, „*Greci tenent tante necessitatis hoc sacramentum sicut baptismum eciam quoad parvulos*“, quod relinquo iudicio magis expertorum. Ideo dicitur De consecracione distincione III, „*Si qui*“, et sunt verba Augustini De ecclesiasticis regulis: „*Si baptizati apud illos hereticos, qui in sancte Trinitatis confessione baptizant, parvuli sunt et ebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis, qui eos offerunt iuxta morem baptizandi, et sic per manus impositionem crismate peruncti cum eucaristie misteriis admittantur*“, dicit glosa: „*Hoc de adultis, quia parvulis non datur corpus Cristi, nisi forte ubi consuetudo est, quod infundatur per ora eorum sagwis Cristi, non corpus*“ etc. | Ecce hic Augustinum, vel ergo hic in isto canone et in canone „*Nulli*“ per opposites allegatum supra; est sibi ipsi contrarius, quod non bene sonat. Oportet ergo, ut sane intelligatur Augustinus, quando loquitur de comunione spirituali tantum exclusa sacramentali, sicut intelligit eum Albertus, scilicet quando articulus necessitatis sacramentum excludit, scilicet quando facultas recipiendi non adest, quia preveniuntur morte parvuli vel eciam adulti habentes tamen fidem et desiderium ad ipsum | sacramentum, sicut consimiliter dicit Lira de sacramento baptismi Marci ultimo. Tunc enim congrue dicitur: „*Crede et manducasti*“. Et de comunione parvulorum pulcre dicit Hostiensis in Summa sua, ut ibi patet, et sic temporibus

296 in ipsa : in ipsa est G — 297 Hec : Et E — 298 sanctus *om.* E — 300–301 baptismum : baptismi G — 304 confessione *om.* E — 308 etc. *om.* E — hic : hic eciam E — 309 isto canone : isto capitulo E — in canone : in *om.* E — 312 sicut : sic E — 313 quando : quia E — 316 Et *om.* E — 317 patet *om.* E

300 *nec in operibus Nicolai Gorrani nec Bonaventurae inveni, sed cf. Nicolai de Lira Postillam ad Evangelium Iohannis 6,54; cf. etiam Iacobelli de Misa Salvator noster, in: Betlémské texty, vyd. B. Ryba, Praha 1951, 112, 231, adnotatio 10*

303 De consecr. D. 4 c. 28, Friedberg I, 1369–1370 = Pseudo-Augustinus, De ecclesiasticis dogmatibus liber Gennadio tributus, c. XXII (al. 52), MPL 42, 1217; *cf. Collecta, f. 215<sup>v</sup>*<sup>b</sup>

306 De consecr. D. 4 c. 28, glossa ad verbum eucharistie, Corpus iuris canonici in tres partes distinctum, glossis diversorum illustratum... I, Lugduni 1671, col. 1985; *cf. Collecta, f. 215<sup>v</sup>*<sup>b</sup>

309 *cf. De consecr. D. 4 c. 131, Friedberg I, 1404–1405*

312 *cf. Alberti Magni o.c., 102*

315 *cf. Nicolai de Lira Postillam ad Evangelium Marci 16,16*

316 Aurelius Augustinus, In Joannis evangelium tractatus XXV, MPL 35, 1602; *cf. Sermo ad clerum, f. 201<sup>v</sup>*<sup>a</sup>

317 *in Summa Heinrici de Segusio non inveni*

320 beati Cipriani legitur practicum. Sic Apostolus tradidit omnibus Corinthiis, et  
 propter hoc Greci adhuc sic tenent, ut creditur, ex Pauli apostoli tradicionem. Et  
 sic dicit Lira Iohannis VI super eodem textu „Nisi manducaveritis carnem Filii  
 hominis“ etc., quod hic Salvator „ostendit | necessitatem huius sacramenti“, et G 148r<sup>b</sup>  
 dicit: „Dicunt Greci, quod hoc sacramentum est tante necessitatis, quod pueris  
 debet dari sicut et baptismus“, quod tamen non placet sibi, ut ibi patet, sed dicit,  
 quod „hoc verbum“, scilicet „Nisi manducaveritis“, „quod importat preceptum,  
 325 intelligitur de adultis, quibus necessarium est ad salutem hoc sacramentum acci-  
 pere saltem in voto, si non possit haberi in re. Sicut enim in vita corporali cibus  
 est necessarius ad vitam conservandam, ita in vita spirituali hoc sacramentum  
 est necessarium, quia est vite spiritualis conservativum, quia sicut baptismus est  
 quedam spiritualis generatio, ita eucaristia est quedam spiritualis nutritio.“ Hec  
 330 Lira ibi et concordat supra in principio. Ecce quomodo iste illuminatus vir dicit  
 esse preceptum et necessarium ad salutem hoc sacramentum ad vitam spiritualem  
 conservandam, nisi necessitas sacramentum excluderet. Et sic cum Alberto supra  
 intelligo, Augustinus cum loquitur de spirituali manducatione tantum, cum utique  
 dicit in canone supra allegato, scilicet „Si qui“, quod etiam parvuli cum eucaristie  
 335 misteriis sunt admittendi, patet ergo, quid sit dicendum, | quomodo dat vitam, et  
 sic de aliis. Ideo dicit Salvator: „Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi  
 vita“, ubi dicit Lira: „Hoc sacramentum dicitur sacramentum amoris. Ideo di-  
 citur: Pro mundi vita. Sicut enim vita naturalis est in membris, eoquod uniuntur  
 340 membra Cristi, vita spiritualis conservatur, eoquod uniuntur capiti Cristo per sa-  
 cramentum amoris.“ Et hec causa brevitatis quantum ad illa sufficiunt.

Et postea dicunt: „Et per adversarium, si preceptum esset, tunc lex esset.“  
 Dicendum, quod per sermonem Cristi, qui dicit: „Nisi manducaveritis“, est pre-

318 omnibus Corinthiis : Corinthiorum omnibus E — 319 adhuc : ad hoc E — 320 super eodem textu  
 om. E — 324 scilicet om. E — manducaveritis : manducaveritis etc. E — 326 enim om. E — 331 et om.  
 E — 333 Augustinus om. G — 339 qui : quod E

318 cf. Thascii Caecilii Cypriani Librum de lapsis, c. 25, MPL 4, 485

318 cf. 1. Cor. 11,23

320 Ioh. 6,54

321 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Iohannis 6,54; cf. Replica, f. 33v

324 Nicolaus de Lira, *ibidem*; cf. Sermo ad clerum, f. 201r<sup>a</sup>; Replica, f. 33v

330 cf. lin. 116

332 cf. Alberti Magni o.c., 102

334 cf. De consecr. D. 4 c. 28, Friedberg I, 1369–1370

336 Ioh 6,52

337 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Iohannis 6,52

342 Gallus, o.c., 139

343 Ioh. 6,54

*ceptum et necessarium, ut dicit Lira supra, et dicunt alii, scilicet sanctus Thomas, de quibus in principio, est preceptum. Si iste sermo Dei tuus (scilicet qui contradicis) est adversarius, swadeo tibi, „esto consenciens adversario tuo cito, dum es cum eo in via, ne forte adversarius tradat te iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddes novissimum quadrantem“*, ut dicit Augustinus et Rabanus. | *„Adversarius est divinus sermo. Esto benivulus et consenciens verbo ewangelii, quod mandat multa contraria carni, cum quo in via, id est Cristo, recte gradimur, dum ei obediendo ad vitam eternam pertingimus. Adversarius sermo divinus, qui ad hoc datus est, ut nobiscum sit in via, cui oportet nos consentire.“* Hec Mathei V glosa ordinaria. *„Esto ergo consenciens adversario tuo cito“*, quia *„nemo novit, quando de hac vita exeat“*, ibi glosa interlinearis. *„Penitemini et credite ewangelio“*, Marci 1<sup>o</sup>. *„Sermo enim divinus nobis via est, qua currimus. Unde: Viam mandatorum cucurri“* iuxta verbum | tuum. Dicunt ergo et per adversarium: *„Si preceptum esset, tunc lex esset, sed non est lex ergo nec preceptum. Patet consequentia ex verbis Ambrosii in libro De viduis, ubi sic dicit: Etenim preceptum in subditos fertur, consilium amicis datur. Ubi preceptum est, lex est, ubi consilium est, gracia est. Preceptum, ut ad naturam revocet, consilium, ut ad gratiam provocet. Et ideo Iudeis lex data est, gracia autem electoribus servata est. Et beatus Gregorius XXII Moralium capitulo XXI ostendens, ubi est preceptum et lex et ubi non, dicit: Timenti adhuc populo lex est | transmissa per servum, diligentibus vero filiis ewangelii est gracia collata per Dominum. Et idem Gregorius late loquitur de lege X Moralium capitulo VI adducens verba Cristi Iohannis XV et Apostoli Romanorum XIII et Galatarum VI.“* Pro quo notandum secundum Liram et communiter expositores illud Iohannis 1<sup>o</sup>: *„Et de plenitudine eius omnes accepimus“* etc., quod *„Lex Nova*

351 carni om. G — 353 glosa ordinaria : ordinarie G — 356 mandatorum : mandatorum tuorum E — 366 Iohannis XV : XXV E — 367 VI : V E

344 cf. lin. 324–325

344 cf. lin. 13

346 Matth. 5,25–26

349 cf. Aurelii Augustini De sermone Domini in monte secundum Matthaëum, l. I, c. XI, MPL 34, 1245

349 cf. Rabani Mauri Commentaria in Matthaëum, l. II, c. V, MPL 107, 808–810

349 Glossa ordinaria ad Matth. 5,25

353 Matth. 5,25

354 Glossa interlinearis ad Matth. 5,25

355 Mar. 1,15

355 Glossa ordinaria ad Matth. 5,25

357 Gallus, o.c., 139

368 Ioh. 1,16

368 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Iohannis 1,16

*respectu Veteris dicitur veritas, quia illa fuit figura et umbra istius. Dicitur eciam*  
 370 *gracia respectu eius, quia quamvis Lex Vetus ex liberalitate divina fuerit illi populo data, propter quod et Lex Vetus potest dici gracia eo modo, quo quodlibet donum gratis datum dicitur gracia, non tamen conferebat gratiam iustificantem, sicut facit Lex Nova.* " Ideo dicitur Galatarum III: „*Lex autem non est ex fide*", „*quia in Lege Veteri non erant precepta data de credendis. Hoc enim pertinet ad*  
 375 *Legem Novam, in qua facta est explicacio credendorum, propter quod Lex Vetus dicitur lex factorum, Lex autem Nova dicitur lex fidei. Patres enim Veteris Testamenti non habuerunt fidem explicatam sicut | patres Novi Testamenti, in quo veritas per Cristum est aperte revelata.* " Hec Lira ibi. Et sic bene dicit Ambrosius: „*Judeis lex data est, gracia autem electoribus servata est*", ut Iohannis 1<sup>o</sup>:  
 380 „*Lex per Moysen data est, gracia autem et veritas per Iesum Cristum facta est*", quod intellige ut supra. Illius autem legis graciae, veritatis et amoris communiter ponuntur secundum doctores precepta et consilia ewangelica, que dicunt supererogacionis et ad comunem statum non necessaria, ut super isto Mathei XIX: „*Si vis perfectus esse*" etc. Sed quod illud ewangelii: „*Nisi manducaveritis carnem Filii hominis*" etc. non sit de istis consiliis, patuit sufficienter supra secundum doctores, cum aliqui dicunt *preceptum*, alii *mandatum*, alii *necessarium*, et sic de aliis. Et sic eciam loquitur Ambrosius de consilio, scilicet „*ubi consilium est, gracia est*". Non enim potest dici per illud dictum Ambrosii totam Legem Novam esse consilium et Veterem Legem preceptum illo modo, quo dicitur consilium illud, quod est supererogacionis; tunc enim cristiani non tenerentur racione  
 390 precepti ad legem ewangelicam observandum, quod esset valde absurdum, cum frequenter dicitur in ewangeliiis de precepto utputa: „*Vere discipuli mei eritis, | si feceritis, que precipio vobis.*" Item: „*Cum feceritis omnia, que precepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus*" etc. Item: „*Mandatum novum do vobis.*" Item:  
 395 „*Qui habet mandata mea et facit ea, hic est, qui diligit me.*" Item: „*Qui solverit*

376 enim om. E — 378 revelata : revoluta E — 385 etc. om. E — 391 observandum : observandam E — 392 utputa : ut puto E

373 Gal. 3,12

374 Nicolaus de Lira, Postilla ad Epistolam ad Galatas 3,12

379 Ambrosius, De viduis, c. XII, MPL 16, 256; cf. Galli o.c., 139

380 Ioh. 1,17

384 Matth. 19,21

384 Ioh. 6,54

387 Ambrosius, De viduis, c. XII, MPL 16, 256; cf. Galli o.c., 139

392 Ioh. 8,31.15,14

393 Luc. 17,10

394 Ioh. 13,34

395 Ioh. 14,21

395 Matth. 5,19



*unum de mandatis istis minimis.* " Ubi Crisostomus manifeste distigwit sex mandata Cristi minima, et sic de aliis. Hec est enim lex, de qua dicitur: „*Apex unus aut unum yota non preteribit a lege.*" Item: „*Quicumque totam legem servaverit, offendet autem in uno, factus est omnium reus.*" Patet ergo, quid sit dicendum, cum dicunt: „*Non est lex, ergo non est preceptum*", ymmo est lex et preceptum et cum hoc gracia et veritas, quantum per ipsum ymmolacio veri agni immaculati designatur. Et mirum est, ubi istam formam arguendi invenerunt retenta enim eadem forma. Arguo, si Vetus Testamentum esset preceptum maxime quoad moralia et Decalogum, tunc esset lex, sed non est lex ergo nec preceptum, quod tamen nullus concederet. Sed consequencia illa patet Iohannis primo „*graciam pro gracia*", ubi dicit Lyra, quod „*magis proprie exponitur de Nova Lege et Veteri, ita quod | Lex Vetus dicitur prima gracia. Magna enim fuit gracia dare legem specialem populo dure cervicis et alia beneficia illi popullo collata; propter hoc dicitur in Psalmo: Non fecit taliter omni nationi. Quia tamen illa lex fuit imperfecta, loco illius data est Lex Nova, que est perfecta et maior gracia. Et sic exponitur illud graciam pro gracia, quasi diceret: Non solum accepimus de plenitudine Cristi in recepcione Spiritus Sancti, sed cum hoc accepimus graciam pro gracia, id est Legem Novam loco Veteris*" etc., ut eciam supra patet, ergo quomodo lex et gracia dicitur de Novo et Veteri Testamento, licet diversimode.

Et quod non est generalis medicina infirmorum dicunt: „*Nam si alia non esset prior in peccatore, hec ipsum mortificaret, ut patet de Iuda et patet per Apostolum 1 Corinthiorum XI: Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi. Presupponit ergo aliam medicinam, scilicet cor contritum et dolorem pro peccatis et intencionem non peccandi, de qua dicit propheta Psalmo L<sup>o</sup>: Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Si enim ista non esset, manducacio sacramentalis esset ad | mortem, ut Apostolus testatur ubi supra etc., et Augustinus 1, questione 1, Errant.*" Estimo, quod satis est responsum supra circa obieccio-

399 offendet : offendat E — quid : quod E — 400 *in verbis* est preceptum *des.* E — est preceptum, ymmo est *in reclamante* E

396 *cf.* Pseudo-Chrysostomi Opus imperfectum in Matthaeum, homilia X, MPG 56, 688–689; *cf.* Apologia, 635; Querite primum regnum Dei, *in:* Nicolaus de Dresda, Querite primum regnum Dei, ed. J. Nechutová, Brno 1967, 84–88

397 Matth. 5,18

398 Iac. 2,10

400 Gallus, *o.c.*, 139

401 *cf.* 1. Petr. 1,19

405 Ioh. 1,16

406 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Iohannis 1,16

415 Gallus, *o.c.*, 140

nem 2<sup>am</sup> post Thomam et alios. Et quid est hoc sic semper querere occasiones  
 recedendi ab amico Iesu Christo et frustra declinare a iusto et nichil aliud querere,  
 425 nisi modos et occasiones evadendi, sicut etiam supra in proxima opposicione,  
 scilicet de lege et gracia? Non est enim hoc edificare domum supra firmam pe-  
 tram, sed potius niti ad edificacionis destruccionem et se fundare in arena fra-  
 gili. Quis enim dubitat, quin consimili modo concluderetur, quod nec baptismus  
 esset generalis medicina nec generale remedium, nam si alia non precedat me-  
 430 dicina, baptismus non vivificabit, sicut patet de ficte accedentibus et de invitis  
 baptizatis. Et patet per ewangelium, quod dicit: „*Qui crediderit et baptizatus  
 fuerit, salvus erit.*“ Presupponit igitur aliam medicinam, scilicet fidem baptismi,  
 intantum, quod etiam dicitur in capitulo „*Maiores*“, De baptismo, § „*Ceterum*“,  
 „*quod parvuli credant non per usum, sed per habitum fidei*“, | vel quod recipitur G 150<sup>b</sup>  
 435 in fide dantis, cum adultus fidelis baptizat infantem, De consecracione distinc-  
 cione IIII, „*Constat*“, vel in fide accipientis, cum adultus baptizatur ab infideli,  
 I, questione VIII, „*In qualibet*“, vel in fide presentancium, cum parvulus a fideli  
 presentatur heretico baptizandus, I, questione IIII, „*Placuit*“. Ecce quomodo  
 oportet aliam priorem esse medicinam, ita quod adultus etiam ante baptismum  
 440 debet profiteri fidem, ut De consecracione distincione IIII, „*Prima*“, ita quod  
 prius sit cathecuminus, sic dicitur in dicto capitulo „*Maiores*“, quod „*ille, qui  
 nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec caracterem suscipit sa-  
 cramenti.*“ Sic ficti, qui ore expriment, sed corde dissenciunt, licet sacramentum  
 recipiant, tamen tale sacramentum non prodest eis ad remissionem peccatorum,  
 445 ut De consecracione distincione IIII, „*Tunc valere*“, sicut dicitur de communi-  
 cante indigne, licet recipiat sacramentum, non rem sacramenti. Et Ieronimus Ma-  
 thei ultimo super illo „*Docentes eos servare*“ etc. dicit: „*Congruus ordo: Primo  
 enim docendus est auditor, deinde fidei sacramentis imbuendus, tunc ad servanda*

423 cf. lin. 124 seqq.

423 cf. Prov. 18,1

424 cf. Is. 29,21

425 cf. lin. 342 seqq.

426 cf. Matth. 7,24–26

431 Marc. 16,16

434 X 3. 42. 3., Friedberg II, 645

436 cf. De consecr. D. 4 c. 19, Friedberg I, 1367

437 in canone In qualibet, C. 23 q. 8 c. 23, Friedberg I, 961–962 hanc sententiam non inveni

438 cf. C. 1 q. 4 c. 3, Friedberg I, 418–419

440 cf. De consecr. D. 4 c. 73, Friedberg I, 1386–1387; cf. Sermo ad clerum, f. 199<sup>b</sup>

441 X 3. 42. 3., Friedberg II, 646

445 cf. De consecr. D. 4 c. 42, Friedberg I, 1379

447 Matth. 28,20

447 cf. Sophronii Eusebii Hieronymi Commentaria in Evangelium Matthaei ad Eusebium, I. IV,  
 c. XXVIII, MPL 26, 218

- G 150v<sup>a</sup> *mandata | instruendus, quia nisi prius anima fidem recipiat, non est dandus bap-* 450  
*tismus; non potest fieri, ut corpus baptismi suscipiat sacramentum, nisi prius*  
*anima fidei suscepit veritatem, nec videlicet mundari baptismo, si post non in-*  
*sistat bonis operibus.*“ Hec ille. Unde dicitur XXVII distincione, „*Quod inter-*  
*rogasti*“, et habetur originaliter Actuum X: „*Quid enim profuit Symoni Mago*  
*baptismum sacrum fecte suscipere*“ etc. ut ibi. Ex illo autem inferre, quod non est 455  
 medicina generalis, quis audet? Sic nec videlicet supra de comunione, ut notum  
 est. Dimittamus ergo illas inutiles pugnas verborum, ad nichilum enim prosunt  
 nisi ad subversionem audiencium, et sufficiat nobis Christus. „*Qui ergo vulnus ha-*  
*bet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus; medicina est celeste*  
*et venerabile sacramentum*“, ut vult Ambrosius libro De misteriis et sacramentis.  
 Medicus autem est Christus, ut dicit Beda, et Remigius, qui dicit: „*Sto ad hostium* 460  
*cordis et pulso per inspiracionem, predicacionem, per beneficiorum collacionem,*  
 | *per tribulacionum immissionem;*“ „*si quis audierit vocem meam et aperuerit*  
*ianuam, introibo ad illum et cenabo cum illo*“, Apokalipsis III. „*Aput homines*  
*enim impossibile est, ut per se a cupiditatibus suis convertantur, apud Deum*  
*autem omnia possibile sunt, quia ab amore terrenorum ad caritatem eternorum* 465  
*convertit, non quod cupidi et superbi intrent*“, ut dicit Ambrosius Mathei XIX su-  
 per isto „*Aspiciens autem Iesus*“ etc. „*Nam nec gracia sine voluntate aliquid ope-*  
*ratur, nec voluntas sine gracia potest. Nam et terra non germinat, nisi pluvias*  
*susceperit, nec pluvia fructificat sine terra. Debet autem voluntas precedere, et*  
*sic sequitur gracia.*“ Hec Crisostomus Super Matheum XIX. Et dicit, „*quia nisi* 470  
*auxilium graciae accipiamus, nichil ex nobis valemus. Sic ergo venit vocare*  
*peccatores et male habentes ad penitentiam et angeli Dei gaudent super uno*  
 G 151r<sup>a</sup> *peccatore penitentiam agente, illis ergo iam penitentibus et bone voluntatis | pax*  
*in terra. Iam enim, quia vivunt, non peccatores sunt, quia peccatores mortui*  
*sunt*“, ut dicit Crisostomus Super Matheum XX. „*Et quamvis mordeatur peccato,* 475  
*quis peccandi tamen decetero non habeat voluntatem et communicaturus satis-*

453 D. 27 c. 7, Friedberg I, 99; cf. Act. 8,9–24

457 Ambrosius, De sacramentis, l. V, c. IV, MPL 16, 452; cf. Iacobelli de Misa Magnam cenam, editionis criticae in hoc volumine p. 132

460 cf. Bedae Venerabilis In Matthaei evangelium expositionem, l. II, c. IX, MPL 92, 47

460 cf. Haymonis Antissiodorensis Expositionem in Apocalypsin b. Joannis, l. II, c. III, MPL 117, 1000; cf. Stegmüller, F.: Repertorium biblicum Medii Aevi III, Matriti 1951, n. 3072, p. 8, n. 3122, p. 18–19

462 Apoc. 3,20

463 Glossa ordinaria atque interlinearis ad Matth. 19,26

467 Matth. 19,26

467 Pseudo-Chrysostomus, Opus imperfectum in Matthaicum, homilia XXXII, MPG 56, 803  
 470 non inveni

475 De consecr. D. 2 c. 13, Friedberg I, 1318–1319 = Pseudo-Augustinus, De ecclesiasticis dogmatibus liber Gennadio tributus, c. XXIII (al. 53), MPL 42, 1217

faciat lacrimis et oracionibus et confidens de Domini miseratione, accedat ad eucaristiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico, quem mortalia peccata non gravant." Hec Augustinus De consecratione distinctione II, „Cottidie". Quia scriptum est: „Sepcies in die cadit iustus, sed forcior resurget." Et: „Si quocienscumque funditur sagwis Cristi, in remissionem peccatorum effunditur. Debeo illum semper accipere, ut semper michi peccata dimittantur. Quia semper pecco, debeo semper accipere medicinam" sagwinis. Hec Ambrosius De consecratione distinctione II, „Si quocienscumque". Et sic patet, quomodo est medicina et quibus, et tantum de illo.

Et quando dicitur: „Sicut baptizacio Spiritus precepta est cuncto populo cristiano in baptizazione sacramentali per illud Iohannis III: Nisi quis | natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei, quamvis tempore necessitatis et martirii secundum Augustinum martirium potest supplere vicem baptismatis, dum non posset haberi, sic manducacio corporis Cristi realis et spiritualis in sacramentali manducacione et bibicio sagwinis Cristi spiritualis in bibicione sacramentali in forma vini precipitur, dum comodose potest haberi tempore et loco opportunis, per illud Iohannis VI: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sagwinem" etc., negant similitudinem, nam secundum ipsos „Cristus cum baptismo spirituali expressit et precepit sacramentalem, dicens Iohannis III: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, et non sic expressit et precepit manducacionem sacramentalem cum spirituali. Eciam non est simile, quia manducacio spiritualis est sine sacramentali et salvatur per eam, ut dictum est, sed baptizacio spiritualis non est sine sacramentali, ut sancti dicunt. Salus enim non potest esse in parvulis sine baptizazione sacramentali." Ad hoc allegat Augustinum De consecratione distinctione III, „Nulla". Item „in baptizazione sacramentali datur remissio peccatorum | mortalium et gracia Spiritus Sancti infunditur, quod tamen non fit in manducacione sacramentali, quia manducacio sacramentalis presupponit remissionem peccatorum et infusionem graciae, ut pretactum est in auctoritate Gorre" etc. Volvat primo, quod Salvator in verbis ewangelii non expressit manducacionem sacramentalem. Unde nota, quod quedam est comunio sacramentalis, id est

G 151r<sup>b</sup>G 151v<sup>a</sup>

480 cadit iustus em. sec. Vg atque Nicolai Dresdensis Sermonem ad clerum : iustus G

480 cf. Prov. 24,16; cf. Iacobelli de Misa o.c., 132; cf. Sermo ad clerum, f. 213r<sup>a</sup>

480 Ambrosius, De sacramentis, I. IV, c. VI, MPL 16, 446 = De consecr. D. 2 c. 14, Friedberg I, 1319; cf. Iacobelli de Misa o.c., 132; cf. Sermo ad clerum, f. 204r<sup>b</sup>, 213r<sup>a</sup>; Replica, f. 24v, Sermo ad clerum 1416, f. 29r

486 Iacobellus de Misa, o.c., 132

494 Gallus, o.c., 141

501 cf. Aurelii Augustini De peccatorum meritis et remissione, et de baptismo parvulorum, I. I, c. XXIII, XXV, MPL 44, 128, 129 = De consecr. D. 4 c. 142, Friedberg I, 1408; cf. Galli o.c., 141

501 Gallus, o.c., 141

sub sacramento, scilicet specie visibili, alia est carnalis, de qua intelligebant Iudei, quando dicebant Iohannis VI: „*Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Durus est hic sermo*“ etc., alia spiritualis, hoc est per fidem in Cristo manere et per dileccionem, unde Ambrosius: „*Sic ergo vive, ut merearis cotidie accipere, ne accedas indignus.*“ Et sic in necessitate dicit Albertus cum Augustino: „*Crede et manducasti*“, ut supra, et sic dicitur spiritualis tantum. Alio modo spiritualiter, id est non visibiliter in forma humana, sed invisibiliter sub forma panis et vini, corpus et sagwinem suum verum accipi, et illa | non excludit sacramentalem comunicacionem, sed potius includit, quia illud dicitur: „*Sacramentum et res, scilicet caro propria Cristi et sagwis*“, ut in IIII Sentenciarum distincione VIII. Et de ista manducacione spirituali et non carnali intelligunt communiter omnes doctores. Unde Ieronimus De consecracione distincione II et in IIII Sentenciarum distincione VIII „*Dupliciter*“, inquit, „*intelligitur caro Cristi et sagwis. Vel caro mea ea, que crucifixa est, et sagwis, qui militis effusus est lancea, id est potest intelligi secundum illam formam et quantitatem, quam habuit in cruce. Vel spiritualis illa atque divina, de qua ipse ait: Caro mea vere est cibus et sagwis meus vere est potus, et: Nisi manducaveritis carnem meam et sagwinem meum biberitis, non habebitis vitam in vobis*“, „*id est secundum quantitatem corporis glorificati, quod spirituale videtur, quia nulli sensui subiacet*“, ut ibidem in glosa. Et hec est sententia Augustini, ut manifeste patet eadem distincione, „*Prima*“, et in canone sequente. „*Cum enim Dominus faceret sermonem presentibus apostolis | et discipulis aliis, inter alia dixit: Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sagwinem meum, non habebit vitam eternam, quidam discipuli propter duriciam sermonis recesserunt. Tunc instruxit Dominus, qualiter esset hoc intelligendum, ipsi enim intellexerunt, quod per partes et in eadem forma deberent accipere corpus Cristi et preterea, quod consumerent illud in*

518 Ieronimus *em.* : Ambrosius G

508 Ioh. 6,53.61

510 *cf.* I. Ioh. 4,16

510 Ambrosius, De sacramentis, l. V, c. IV, MPL 16, 452; Aurelius Augustinus, Sermo de Scripturis LXXXIV (Sermo de verbis Domini 28), MPL 39, 1908–1909; *expressis verbis*: Petrus Lombardus, Sententiae, l. IV, d. XII, MPL 192, 866

512 *cf.* Alberti Magni *ò.c.*, 102

515 Petrus Lombardus, Sententiae, l. IV, d. VIII, MPL 192, 857

519 *cf.* Sophronii Eusebii Hieronymi Commentaria in Epistolam ad Ephesios, l. I, c. I, MPL 26, 451 = *cf.* Petri Lombardi Sententias, l. IV, d. VIII, MPL 192, 857 = *cf.* De consecr. D. 2 c. 49, Friedberg I, 1332; *cf.* Sermo ad clerum, f. 205r<sup>a</sup>; Sermo ad clerum 1416, f. 26r

524 De consecr. D. 2 c. 49, glossa ad verba Dupliciter intelligitur, 1938

527 *cf.* De consecr. D. 2 c. 44, Friedberg I, 1330

527 *cf.* De consecr. D. 2 c. 45, Friedberg I, 1330–1331

527 De consecr. D. 2 c. 44, glossa ad verbum inquit, casus, 1934

comedendo. " Ideo: „*Spiritus est, inquit, qui iustificat, caro nichil prodest. Verba, que locutus sum ad vos, spiritus et vita sunt. Spiritualiter intelligite, que locutus sum. Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis et bibituri illum sagwinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent*", „*id est, non in eadem specie vel grossicie et representacione, qua me videtis et qua me pati videbitis, nam manducabitis carnem meam et sagwinem meum bibetis, sed in sacramento*". „*Vobis sacramentum aliquod commendavi. | Spiritualiter intellectum vivificabit vos, caro autem* G 152r<sup>b</sup>

540 *quidquam non prodest. Sed quomodo illi intellexerunt, sic responderunt, carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere venditur aut in maccello dilaniatur*" etc. Sic exponit Augustinus in dicto canone „*Prima*", scilicet spiritualiter, id est non carnaliter. Et idem dicit in canone sequente: „*Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis et bibituri illum sagwinem, quem effussuri sunt illi, qui*

545 *me crucifigent, ipsum quidem et non ipsum, ipsum invisibiliter*", „*id est sub specie, sub qua non videtur, id est sub specie panis et vini*", „*et non ipsum visibiliter*" „*in sua specie, scilicet ut in ea sensibus corporeis subiciatur*". „*Unde et subditur: Si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est tamen intelligi invisibiliter.*" Et idem in canone sequente dicit: „*Quid est Cristum manducare? Non*

550 *hoc est solum in sacramentis eius accipere.*" Et sequitur: „*Et si indigne accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum.*" Et sic patet, quod Augustinus non | excludit manducacionem sacramentalem nisi indignam et necessitate exclusam, in quo casu secundum Albertum supra dicit: „*Crede et manducasti.*" Quis ergo iam auderet dicere, quod Cristus non expressit manducacionem sacramentalem in dic-

G 152v<sup>a</sup>

533 De consecr. D. 2 c. 44, Friedberg I, 1330 = Aurelius Augustinus, Enarratio in Psalmum XCVIII, MPL 37, 1265; cf. Sermo ad clerum, f. 205r<sup>b</sup>; Collecta, f. 230r<sup>b</sup>; Apologia, 632; Replica, f. 1v; Sermo ad clerum 1416, f. 25v

536 De consecr. D. 2 c. 44, glossa ad verba hoc corpus, 1934; cf. Sermo ad clerum, f. 205r<sup>b</sup>; Collecta, f. 230r<sup>b</sup>-230v<sup>a</sup>; Apologia, 632; Replica, f. 1v; Sermo ad clerum 1416, f. 25v

538 De consecr. D. 2 c. 44, Friedberg I, 1330 = Aurelius Augustinus, Enarratio in Psalmum XCVIII, MPL 37, 1265; In Joannis evangelium tractatus XXVII, MPL 35, 1617; cf. Sermo ad clerum, f. 205r<sup>b</sup>; Collecta, f. 230r<sup>b</sup>; Apologia, 632; Replica, f. 1v; Sermo ad clerum 1416, f. 25v

543 De consecr. D. 2 c. 45, Friedberg I, 1330-1331 = Aurelius Augustinus, Enarratio in Psalmum XCVIII, MPL 37, 1265; cf. Sermo ad clerum, f. 205r<sup>b</sup>

545 De consecr. D. 2 c. 45, glossa ad verbum invisibiliter, 1935

546 De consecr. D. 2 c. 45, Friedberg I, 1331; cf. Sermo ad clerum, f. 205r<sup>b</sup>

547 De consecr. D. 2 c. 45, glossa ad verba non ipsum, 1935

547 De consecr. D. 2 c. 45, Friedberg I, 1331 = Aurelius Augustinus, Enarratio in Psalmum XCVIII, MPL 37, 1265; cf. Sermo ad clerum, f. 205r<sup>b</sup>

549 De consecr. D. 2 c. 46, Friedberg I, 1331

550 *ibidem*

553 cf. Alberti Magni o.c., 102

553 Aurelius Augustinus, In Joannis evangelium tractatus XXV, MPL 35, 1602 = De consecr. D. 2 c. 46, Friedberg I, 1331

tis verbis ewangelii: „*Nisi manducaveritis carnem Filii hominis*“ etc., et omni 555  
 glosa non existente peroptime Salvator et institutor et auctor huius sacramenti,  
 Cristus Iesus, facto suo et accione sua, que est nostra instructio, glozavit, et ad  
 quem sensum intellexit, expressit, dum in cena, apostolis scilicet, suum corpus  
 et sagwinem in sacramento ministravit? Non enim dixit: „Credite et manducastis“, sed: 560  
 „*Accipite et comedite, hoc est corpus meum. Similiter et calicem.*“ Sic  
 Paulus, ille celestis miles et studens, intellexit et glozavit, dum omnibus Corin-  
 thiis, sicut a Domino accepit, tradidit dicens non tantum: „*Probet seipsum homo*“,  
 sed: „*Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat.*“ Sic  
 intellexit primitiva ecclesia et tenuerunt sancti in primitiva ecclesia. Sic intelligit 565  
 Albertus, Gwilhelmus, Ciprianus, sanctus Donatus et ceteri doctores legis Cristi,  
 similiter Thomas, de quibus, quia sepius in aliis est | expressum scriptis de ista  
 materia, pronunc non dicitur. Sic intelligit manifeste Remigius, scilicet de man-  
 ducacione spirituali, id est non carnali et visibili tantum, cum dicit in Omelia su-  
 per Iohannem VI: „*Cibus iste spiritualis et potus ita sumentes saciat, ut nesciant*  
*iterum esuriem, quoniam eos, a quibus sumitur, immortales et incorruptibiles* 570  
*facit. Nam per hunc cibum promeretur sanctorum perfecta sacietas, ubi est plena*  
*pax, et illa beata ac consors electorum unitas, quam commendat Apostolus*  
*dicens: Unus panis et unum corpus multi sumus in Cristo.*“ Et sequitur: „*Atque*

571 *sacietas : societas Remigius Antissiodorensis atque Galli Asserunt quidam*

555 Ioh. 6,54

557 *cf.* Collecta, f. 219<sup>v</sup>, 222<sup>r</sup>; Replica, f. 3r, 23v; Sermo ad clerum 1416, f. 28v

560 Matth. 26,26; 1. Cor. 11,25

562 *cf.* 1. Cor. 11,23

563 1. Cor. 11,28

565 *cf.* Alberti Magni *o.c.*, d. III, tr. II, c. V, 62; *cf.* Collecta, f. 219<sup>v</sup>; Replica, f. 3r; Sermo ad clerum 1416, f. 28v

565 *cf.* Guilelmi de Monte Lauduno Sacramentale, MS bibl. Univ. Prag. V B 17, f. 258<sup>v</sup>; *cf.* Sermo ad clerum, f. 201<sup>v</sup>; Sermo ad clerum 1416, f. 28v

565 *cf.* Thascii Caecilii Cypriani Epistulam LXIII, 1, CSEL 3, 701; *cf.* Collecta, f. 226<sup>v</sup>; Apologia, 594; Replica, f. 8v, 17v; De proprio sacerdote et casibus, MS bibl. Univ. Brun. Mk 102, f. 85r; Sermo ad clerum 1416, f. 26r

565 *cf.* Jacobi a Voragine Legendam auream vulgo Historiam Lombardicam dictam, c. CXV (110) De sancto Donato, rec. Th. Graesse, reproductio phototypica editionis tertiae 1890, Osnabrück 1969, 485; *cf.* Sermo ad clerum, f. 209<sup>r</sup>; Sermo ad clerum 1416, f. 27v

566 *cf.* Thomae de Aquino Summam theologicam III, q. LXXXVI, a. II, MPL 217d, 733–734; *cf.* Apologia, 607, 639; Replica, f. 10v, 15v, 31r; Sermo ad clerum 1416, f. 27r

569 Remigius Antissiodorensis, Homiliae Quadragesimales, MS bibl. Univ. Prag. X A 13, f. 69<sup>v</sup>–<sup>b</sup>; *cf. etiam* Aurelii Augustini In Joannis evangelium tractatum XXVI, MPL 35, 1614; *cf.* Galli *o.c.*, 146

573 Remigius Antissiodorensis, *o.c.*, f. 69<sup>v</sup>; *cf. etiam* Aurelii Augustini In Joannis evangelium tractatum XXVI, MPL 35, 1614–1615; *cf.* Galli *o.c.*, 147

ideo peccator aliquis et indignus, qui non manet in Cristo et in quo Cristus non  
 575 manet, licet carnaliter et visibiliter manducet et sacramentum corporis Domini  
 dentibus atterat et in viscera transfundat, non tamen spiritualiter manducare  
 credendus est neque enim ad salutem, sed ad iudicium tanto participat sacra-  
 mento, qui indignus et maculatam habens conscienciam presumit ad terrificum  
 et vivificum propinquare misterium, quod nullus alius digne sumit, nisi qui  
 580 mundum cor habere studuerit Domino dicente: Beati mundo corde, quoniam ipsi  
 Deum videbunt.“ Concordat Ambrosius | in IIII, distincione XII: „Sic ergo vive, G 153r<sup>a</sup>  
 ut cottidie merearis accipere, ne accedas indignus. Indignus est, quoniam aliter  
 celebrat misterium, quam tradidit Cristus, vel qui habens peccatum mortale acce-  
 dit. Ergo etsi sint peccata cottidiana, vel non sint mortifera, antequam accedatis,  
 585 dimittite debitoribus vestris. Si dimittis, dimittetur tibi, et sic securus accede.  
 Panis enim salutaris est et non venenum, si ita accedis, spiritualiter manducas.  
 Spiritualiter enim manducat, qui innocenciam ad altare portat“ etc. Et sic patet  
 ex verbis illorum, quid est spiritualiter manducare et quomodo verba ewangelii  
 exponunt secundum dictum Apostoli, scilicet quod probare se debet homo, et sic  
 590 accedere probatus. Ad idem Crisostomus Omelia XLVII super Iohanne sic loqui-  
 tur: „Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quidquam. Oportet ea, que de  
 me sunt, spiritualiter audire. Qui enim carnaliter audit, nichil proficit neque lu-  
 cro potitus est. Carnale vero erat hoc, id est dubitare, qualiter de celo descendit,  
 et hoc, id est estimare, quomodo filius Ioseph, et qualiter potest nobis carnem  
 595 dare manducare. Hec | omnia carnalia oportebat mystice et spiritualiter intelli- G 153r<sup>b</sup>  
 gere.“ Et infra: „Verba, que ego locutus sum vobis, spiritus et vita. Quid sibi est,  
 spiritus sunt? Spiritualia sunt, nichil carnale habencia neque convenienciam na-  
 turalem, sed eruta sunt ab omni tali necessitate, que in terra et in legibus, que  
 hic posite sunt, alium autem habent intellectum et alternum.“ Ex verbis istius  
 600 sancti patet, quod illa verba Iohannis VI „Nisi manducaveritis“ etc. „sunt spiritua-  
 lia, nichil habencia carnale, hoc est sensibile“, „licet enim ubique sit eciam in

583–584 accedit em. sec. Petrum Lombardum : accedat G

581 Petrus Lombardus, Sententiae, l. IV, d. XII, MPL 192, 866; cf. Ambrosii De sacramentis, l. V, c. IV, MPL 16, 452 = De consecr. D. 2 c. 56, Friedberg I, 1335; cf. etiam Aurelii Augustini Sermonem de Scripturis LXXXIV (Sermo de verbis Domini 28), MPL 39, 1908–1909; cf. De consecr. D. 2 c. 64, Friedberg I, 1338 = Aurelii Augustini In Joannis evangelium tractatum XXVI, MPL 35, 1611

589 cf. 1. Cor. 11,28

590–603 Ad idem...Prima: Replica, f. 2r–v

591 cf. Joannis Chrysostomi Homiliam XLVII in Joannem, MPG 59, 265; cf. Galli o.c., 145

596 cf. Joannis Chrysostomi o.c.; cf. Galli o.c., 145–146

600 Ioh. 6,54

600 Gallus, o.c., 146

601 De consecr. D. 2 c. 44, glossa ad verbum oportet, 1935



*altari in ea forma, quam de Virgine sumpsit, non tamen subicitur corporeis sensibus*", et sic nichil habent sensibile, ut in glosa sepe dicti canone „Prima", et sic solum locutus est ad spiritualem et divinam manducacionem preceptive. „Cristus enim non reprehendit Iudeos carnaliter intelligentes, quod corpus spiritu vivifico plenum et divinum intelligerent, sed potius reprehendit eos, qui tale suum corpus intelligere volebant, quod caro sua esset dentibus laceranda et non esset vivifica et divina et dentibus non laceranda, sed sumenda et integra et sana mansura.

G 153v<sup>a</sup> | *Et hoc est, quod dixit: Verba, que locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*“ Hec Albertus, de quo supra. Sicut ergo Salvator expressit Iohannis III baptismum sacramentalem et materiam regeneracionis, sic in verbis ewangelii Iohannis VI: „Nisi manducaveritis carnem Filii hominis“ etc. expressit manducacionem et bibicionem sacramentalem et alimentum, quod regeneratos enutrit, scilicet carnem suam et sagwinem suum, secundum Thomam supra in Compendio et doctores supra allegatos. Et sic quantum ad hoc bona est similitudo in hoc sacramento et sacramento baptismi.

Unde ergo verum est, ut dicunt eciam in oppositum huius veritatis conantes, „tempus periculosum est“, et grave est confirmare contra talia sic ad salutem necessaria, et hoc ex propriis fanthaziis eorum, ut „michi apparet“, „apparet michi pronunc dicere“, „michi videtur sic dicendum“, vel licet sit ewangelium hoc vel hoc, „tamen michi apparet“ etc., et sic de aliis clausulis, quibus veritatem legis Cristi ad partem sive ad viam latam ducere nituntur, ipsam secundum Crisostomum falsis exposicionibus crucifigendo non advertentes dictum Salomonis, Proverbiorum III, et ponitur allegative Extra, De constitucionibus, „Ne innitaris“:

G 153v<sup>b</sup> „Fili mi, habe fiduciam | in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentie tue.“ „Prudentie sue innititur, qui ea, que sibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis preponit.“ „Quid autem iniquius est quam impia sapere et sapientioribus doctoribus non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui, cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, nec ad ewangelicas auctoritates, sed ad semetipsos

604 Albertus Magnus, o.c., d. VI, tr. II, c. II, 115; cf. Collecta, f. 224r<sup>b</sup>; Apologia, 632; Replica, f. 2r; Sermo ad clerum 1416, f. 26r

610 cf. Ioh. 3,5

612 Ioh. 6,54

614 cf. lin. 124 seqq.

618 Gallus, o.c., 143

619 Gallus, o.c., 146

622 cf. Pseudo-Chrysostomi Opus imperfectum in Matthaum, homilia XXXV, MPG 56, 824

625 Prov. 3,5; cf. etiam X 1. 2. 5., glossam ad verba Ne innitaris, Corpus iuris canonici in tres partes distinctum, glossis diversorum illustratum... II, Lugduni 1671, col. 18

626 X 1. 2. 5., Friedberg II, 8

627 C. 24 q. 3 c. 30, Friedberg I, 998

recurrunt, et ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt",  
 ut XXIII, questione ultima, „*Quid autem*". Ecce quam grave est istos patres et  
 doctores sapientes, scilicet prophetas, apostolos et Cristum, doctorem et magis-  
 635 „michi placet sic“, „michi apparet sic“, „michi videtur sic dicendum“, et sic de aliis. Ideo dicit Iero-  
 nimus canone et questione: „*Transferunt principes Iude terminos, quos posuerunt*  
*patres eorum, quando inmutant mendacio veritatem, et aliud predicant, quam ab*  
*apostolis acceperunt.*" Illud enim dicitur „*Heresis*" | secundum Ieronimum ibi-  
 dem, scilicet: „*Heresis dicitur Grece ab eleccione, quod scilicet eam unusquisque*  
 640 *eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicumque igitur Scripturam aliter*  
*intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, a quo scripta est, licet ab ecclesia*  
*non recesserit, tamen hereticus appellari potest*", ut ibi. Videant hic ad semetipsos  
 recurrentes et dicentes in scriptis suis: „*Michi apparet pronunc dicere*", et sic de  
 645 enim nobis sufficere illud, quod Cristo placeret cum apostolis et sanctis suis, et  
 non quidem nobis timendum est, ergo ne multi nunc essent de numero talium,  
 de quibus loquitur Augustinus De verbis Apostoli: „*Multi de isto profundo que-*  
*rentes reddere rationem atque secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem*  
*altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantes in fabulas vanitatis abierunt.*" Et  
 650 infra: „*Ierunt hii tales post cogitationes suas et volentes disputare de Dei pro-*  
*fundo mersi sunt in profundum.*"

G 154r<sup>a</sup>

Videant ergo, quomodo parvulos dampnificant communiter baptismo sacramen-  
 tali sive aque non baptisatos et maxime istos, in | quibus non contemptus ipsorum  
 nec parentum, sed sola necessitas sacramentum excludit: „*Melior enim est fidelis*  
 655 *ignorancia quam temeraria sciencia*", ut dicit idem Augustinus et Ambrosius  
 dicit in Exameron: „*Libenter fateor me nescire, quod nescio, ymmo quod scire*  
*nichil proderit.*" Ideo volo humiliter expectare et Deo de istis et de suis ceteris  
 committere volo, *spem firmam habens quod in hoc non errabo*, quia mortui

G 154r<sup>b</sup>

646 quidem em. : quid G

636 Sophronius Eusebius Hieronymus, Commentariorum in Osee prophetam libri tres ad Pamma-  
 chium, l. II, c. V, MPL 25, 863 = C. 24 q. 3 c. 33, Friedberg I, 999; cf. Replica, f. 18v

639 Sophronius Eusebius Hieronymus, Commentariorum in Epistolam ad Galatas libri tres, l. III,  
 c. V, MPL 26, 417 = C. 24 q. 3 c. 27, Friedberg I, 997-998

643 Gallus, o.c., 146

647 cf. Aurelii Augustini Sermonem de Scripturis CLXV (Sermo de verbis Apostoli 7), c. V, MPL  
 38, 905; cf. Galli o.c., 145

650 Aurelius Augustinus, *ibidem*; cf. Galli o.c., 145

654 Aurelius Augustinus, Sermo de Scripturis XXVII (Sermo de verbis Apostoli 20), c. III, MPL  
 38, 179; cf. Galli o.c., 145

656 Ambrosius, Hexameron, l. VI, c. II, MPL 14, 244; cf. Galli o.c., 144

657-658 Gallus, o.c., 144

tantum a Deo et non ab hominibus iudicandi sunt. Ad hoc XXIII distincione, „*Quorundam*“. Cum hoc tamen firmissime teneo et nullatenus dubito „*omnem hominem, qui per concubitum viri et mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum mortique subiectum, et ob hoc naturaliter ire nasci filium, de qua dicit Apostolus: Eramus enim natura filii ire sicut et ceteri. A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris hominis Iesu Christi*“, De consecracione distincione III, „*Firmissime*“. Et cum hoc teneo cum Gwilhelmo et in hoc concordant communiter doctores, quod „*Dominus Deus potestatem suam non alligaverit sacramentis, quin multis aliis modis ipse | possit hominem salvare etiam sine sacramentis.*“ Sic dicit Albertus: „*Quamvis talibus corporalibus elementis salutem non alligaverit, tamen in illis elementis salus invenitur et perditur vita, quando non requiruntur, nisi articulus necessitatis et non contemptus religionis elementum sacramentale excludat*“, ut per eundem. Et sic semper contemptus dampnatur, quis autem contemptus sit sufficiens ad dampnationem originalis peccati in parvulo non baptizato baptismate sacramentali sive aque, novit ille, qui nichil ignorat, et qui dixit: „*Nolite iudicare*“, et qui dixit: „*Qui autem non crediderit, condemnabitur*“, sed communis est sententia doctorum, quod „*in ecclesia Salvatoris per alios parvuli credunt.*“ Ideo dicit Apostolus: „*Nolite ante tempus iudicare.*“ „*Dies enim Domini declarabit.*“ Ideo dicitur De consecracione distincione V, „*Non dubito*“, per Augustinum in libro De baptismate sic: „*Non dubito catholicum cathecuminum divina caritate flagrantem heretico baptizato antepone-re, sed etiam in ipsa intus ecclesia kathecuminum malo baptizato antepo-nimus.*“

G 154v<sup>a</sup> Nec ideo tamen sacramento | baptismi, quo iste nondum, ille iam imbutus est, facimus iniuriam. Merito enim centurio non baptizatus Symoni baptizato antepo-nitur. Iste enim ante baptismum Spiritu Sancto accepto repletus est, ille etiam post baptismum inflatus est immundo spiritu. Verumtamen si iam Spiritu Sancto accepto Cornelius baptizari noluisset, contemptu tanti sacramenti reus fieret. “ De

660 cf. D. 23 c. 14, Friedberg I, 84

660 De consecr. D. 4 c. 3, Friedberg I, 1362 = Pseudo-Augustinus (Fulgentius Ruspensis), De fide ad Petrum sive De regula verae fidei, c. XXVI, MPL 40, 774, MPL 65, 701

666 cf. Guilelmi de Monte Lauduno Sacramentale, f. 229v<sup>a</sup>

668 Albertus Magnus, o.c., d. VI, tr. II, c. I, 104, vide lin. 37

674 Matth. 7,1; Luc. 6,57

674 Mar. 16,16

675 De consecr. D. 4 c. 130, Friedberg I, 1404 = Aurelius Augustinus, Contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, Romanae ecclesiae episcopum, l. I, c. XXII, MPL 44, 570

676 1. Cor. 4,5

677 1. Cor. 3,13

678 De consecr. D. 4 c. 149, Friedberg I, 1410 = Aurelius Augustinus, De baptismo contra Donatistas, l. IV, c. XXI, MPL 43, 172–173

illo ergo, qui baptizari non communiter cum possit, dicitur eadem distincione:  
*„Cathecuminum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam habere non credimus, excepto dumtaxat nisi martirii sacramentum compleat. Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet. Hoc idem martir coram*  
 690 *persecutore fecit. Ille post confessionem aspergitur aqua, hic vero aspergitur sagwine vel contingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit Spiritum Sanctum, hic habitaculum efficitur Spiritus Sancti, dum non est ipse, qui loquitur, sed Spiritus Sanctus, qui in illo loquitur. Ille communicat eucaristie in comemoracione mortis Domini, hic ipsi Cristo conmoritur. Ille confitetur | se mundi actibus* G 155r<sup>a</sup>  
 695 *renunciare, hic ipsis renuncciat et vite. Illi omnia peccata dimituntur, isti extingwuntur.* “ Hec ibi. Quis ergo nunc dubitat, quin multi de parvulis baptizantur in sagwine, cum multi opprimuntur in utero matris et sponte nonnunquam post natiuitatem iugulantur, et eciam baptismo flammis, cum „*Spiritus, ubi vult, spirat et nescitis, unde veniat aut quo vadat*“? Sic est omnis, qui natus est, ex Deo, sicut et credendum est de pueris Hebreorum tempore pharaonis, qui precepit omni  
 700 *populo suo dicens: „Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proicite*“, ut Exodi II, sicut et de infantibus ab Herode occisis, Mathei II: non enim quis iuste dampnaret eos eciam incircumcisos corporaliter, sic et hodie omnes huiusmodi pueros dampnare indifferenter et sine distincione quis auderet propter hoc,  
 705 *quod solum non essent baptizati baptismate fluminis, cum dicat Salvator Iohannis XVII: „Pater sancte, quos dedisti michi, ego custodivi et nemo ex hiis periit, nisi filius perdicionis*“? Et ibidem Cristus | dicit: „*Oves mee vocem meam audiunt et ego cognosco eas et secuntur me et ego vitam eternam do eis et non peribunt in eternum neque rapiet eas quisquam de manu mea.*“ Dicet ergo suis, ut Mathei  
 710 *XXV: „Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitucione mundi*“, dicit glosa interlinearis, id est „*beneficio Patris in eis promoti ad obtinendam gloriam, in qua sine corrupcione regnetis, ad quam predestinati estis a constitucione mundi*“. Ideo dicit Iohannis Apokalipsis XX: „*Et libri aperti sunt et alius liber apertus est, qui est vite, et iudicati sunt mortui ex hiis, que scripta*

687 De consecr. D. 4 c. 37, Friedberg I, 1375 = Pseudo-Augustinus, De ecclesiasticis dogmatibus liber Gennadio tributus, c. XLI (al. 74), MPL 42, 1220

698 Ioh. 3,8

699 cf. Ioh. 1,13

701 Ex. 1,22

702 cf. Matth. 2,16

706 Ioh. 17,12

707 Ioh. 10,27–28

710 Matth. 25,34

711 Glossa ordinaria ad Matth. 25,34

713 Apoc. 20,12

*sunt in libro*“ etc. Dicit glosa, „*quia libri conscienciarum tunc aperientur, in quibus legentur merita singulorum. Et alius liber apertus est, id est presciencia Dei, que modo latet, tunc aperta erit omnibus, quia tunc omnes scient, qui sunt salvandi et qui dampnandi*“. Hec ibi. Et illud utinam cum gaudio expectare intendo et de nullo talium, quorum | iudicium sibi reservavit, iudicare volo. Et tantum de illo.

Item allegant Augustinum, prout habetur De consecracione distincione V, „*Ad eius vero*“. Loquens de muliere, que menstruum patitur, dicit sic: „*Sancte communionis misterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneracione magna non presumit percipere, laudanda est, quod si perceperit, non est iudicanda. Bonarum quippe mencium est et ibi culpas suas agnoscere, ubi culpa non est.*“ „*Ecce*“, dicunt, „*quam manifeste patet ex verbis huius sancti, quod sacramentalis cena, dum comodosse potest haberi loco et tempore opportunis, non est precepta, quia potest eam meritorie non percipere.*“ Illa sunt verba opponencium. Salva reverencia et meliori informacione non est ille intellectus Augustini, sed vult Augustinus neminem obligari aliquo certo tempore consciencia sua sibi contrarium dictante, quia forte timeret culpam, ita quod nondum secundum sentenciam Apostoli probasset se. Et hoc innuunt verba Augustini, cum dicit: „*Bonarum quippe mencium est et ibi culpas | suas agnoscere*“ etc. Sic

eciam dicit in canone „*Cottidie*“ De consecracione distincione II: „*Cottidie communicare nec laudo nec vitupero.*“ Sic dicit in dicto canone: Eaque, quodsi in eisdem diebus, scilicet dum menstruum patitur, *non presumit percipere* etc. ut supra. Non est ergo bona argumentacio: In diebus menstruosis non precipitur percipere sive in hiis diebus non est preceptum et cottidie percipere non est preceptum, ergo perceptio huius sacramenti non cadit sub precepto. Est enim hoc preceptum affirmativum sicut et cetera affirmativa obligans non ad semper, ut

conmuniter dicunt omnes doctores. Et dicit Lira Mathei XV, „*quod preceptum de honore parentum est affirmativum, et ideo non obligat ad semper, sed pro loco et tempore et aliis debitis circumstanciis, que aliquando variantur secundum condicionem ipsius implentis preceptum, quia aliquis modus subveniendi patri efficitur inconveniens et illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti,*

*ymmo eciam perfecti, sicut subvenire patri per defensionem armorum | efficitur*

715 cf. Glossam ordinariam atque interlinearem ad Apoc. 20,12; cf. Apologia, 652

722 Gregorius Magnus, Epistolarum I. XI, Epistola LXIV ad Augustinum Anglorum episcopum, responsio beati Gregorii papae ad decimam interrogationem Augustini, MPL 77, 1195 = D. 5 c. 4, Friedberg I, 8–9; cf. Galli o.c., 144

726 Gallus, o.c., 144

732 cf. I. Cor. 11,28

734 Pseudo-Augustinus, De ecclesiasticis dogmatibus liber Gennadio tributus, c. XXIII (al. 53), MPL 42, 1217 = De consecr. D. 2 c. 13, Friedberg I, 1318

741 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Matthaei 15,6

*illicitum per sacerdocii statum, tamen tenetur ei subvenire aliis modis suo statui convenientibus.*“ Hec ille. Quare magnam iniuriam faciunt Augustino dicentes: „*Ecce quam manifeste patet ex verbis sancti huius, quod sacramentalis cena, dum*  
 750 *comodose haberi potest loco et tempore opportunis, non est precepta, quia potest eam meritorie non percipere.*“ Quia contrarium est manifeste Paulus, qui dicit: „*Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat.*“ Non dicit: „*Abstineat probatus.*“ Et Ieronimus super isto: „*Serve male et piger*“, Mathei XIX, dicit: „*Cui similes sunt in ecclesia, qui melioris vite vias aggredi*  
 755 *metuuntur, et tamen iacere in ignavia non verentur, et cum se peccatores considerant, sanctitatis viam arripere timent, quorum Petrus adhuc infirmus speciem tenuit, cum viso piscium miraculo dixit: Exi a me, Domine, quia homo peccator sum. Ymmo si peccator es, a te Dominum ne repellas, quod hii faciunt, qui videntes se infirmos nolunt ad meliora progredi, et moriuntur, | dum vitas timent ac*  
 760 *sibi blandientes perversitate.*“ Hec Ieronimus. Deinde ponunt casum, quod „*sit homo habens tantam fidem ut centurio. Talis homo per multos dies vite sue faciat se indignum et dicat: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum sacramentaliter, et sic moriatur instantanee. Quero, an peccavit talis homo et an fuit transgressor precepti, quod non manducavit cenam sacramentalem?*“ etc. Dicit  
 765 Thomas, quod non potest se quis excusare, quia „*non fuit preceptum centurioni, ut Cristum in sua domo reciperet*“, et dicit, quod „*homo tenetur hoc sacramentum sumere non solum ex statuto ecclesie, sed etiam ex mandato Domini*“, de quo supra in principio. Ex hiis dictis huius doctoris potest liquere, an sit transgressor precepti vel non huiusmodi, de quo in casu ipsorum. Et de ista materia etiam dictum est supra per Ciprianum et Albertum.  
 770

Et dicunt opposentes, quod huiusmodi doctores possent negari, et dicunt: „*Nam et adversarii sanctos et alios doctores modernos, qui sunt accepti ab ecclesia, reiciunt.*“ Scire debent huiusmodi, | quod Scriptura sacra et sermo Dei, qui est adversarius ipsorum opponencium, dicit Galatarum 1, quod „*licet angelus de*  
 775 *celo ewangelizet preter id, quod ewangelizavimus, anathema sit*“ etc. ut ibi. Ma-

749 Gallus, o.c., 144

752 1. Cor. 11,28

753 Matth. 25,26

754 non inveni

760 Gallus, o.c., 144–145

765 Thomas de Aquino, Summa theologica III, q. LXXX, a. XI, MPL 217d, 808; vide lin. 15

766 ibidem, 807; vide lin. 6–7

770 cf. Thascii Caecilii Cypriani Epistolam LXIII, 1, CSEL 3, 701; cf. Iacobelli de Misa o.c., 134–135

770 cf. Alberti Magni o.c., d. III, tr. II, c. V, 62; cf. Iacobelli de Misa o.c., 135

772 Gallus, o.c., 142

773–774 cf. e.g. Glossam ordinariam ad Matth. 5,25

774 Gal. 1,8

G 156r<sup>b</sup>G 156v<sup>a</sup>

nifestum est enim, quod multociens doctores eciam ab ecclesia recepti in multis locis inter se discordant et invicem non recipiunt, sicut patet statim in principio Mathei, ubi Lira non recipit dictum Ieronimi, quod dicit de Thamar, quod „in genealogia Salvatoris nullam sanctarum mulierum assumpsisse, sed eas tantum, quas Scriptura reprehendit“, et dicit: „Nec debet aliquis moveri, si recedo in hoc a dictis Ieronimi, quia dicta sanctorum non sunt tante auctoritatis, quin liceat sentire contrarium in hiis, que non sunt per sacram Scripturam determinata.“ Sic idem Mathei XVII non recipit dictum Ambrosii et Augustini dicentes in epistola Galatarum, „quod Iacobus iste, qui fuit in transfiguracione, non fuit frater Iohannis et filius Zebedei, sed filius Alphei“, et dicit „non esse curandum de dictis eorum, quando sacra Scriptura dicit contrarium sicut hic. Textus expresse dicit istum fratrem Iohannis, et per consequens filium Zebedei.“ Allegat ad hoc | per se dicentem „de doctrina sanctorum, quod est extra scripturam canonicam. Hoc genus scripturarum ab illis, que canonicè nominantur, distigwendum est. Non enim ex eis ita testimonium proferendum ut contrarium sentire non liceat, maxime ubi aliter sensuerunt, quam veritas se habeat. In illo genere sumus, ut non dedignemur ab Apostolo dictum: Si quid aliud sapitis, Deus illud revelavit.“ Et de ista materia VIII distincione per totum. Sic Mathei XIX discordant Ieronimus et Beda de isto, qui accessit ad Iesum dicens: „Magister bone“ etc., quia unus dicit, quod in simplicitate accessit, alter dicit, quod animo temptandi — ideo dicit ibi glosa inter cetera. Quodsi in huiusmodi dissonant, non multum curandum est, quia non semper tangebatur Spiritus corda expositorum. Sic omnes prophete locuti

776–810 quod multociens...doctores: Replica, f. 38v–39r

778 cf. Matth. 1,3

778 Sophronius Eusebius Hieronymus, Commentariorum in Evangelium Matthaei ad Eusebium I. I, c. I, MPL 26, 21

780 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Matthaei 1,3

783 cf. Pseudo-Ambrosii (Ambrosiaster) Commentaria in Epistolam beati Pauli ad Galatas, c. 1, MPL 17, 344–345

783 cf. Aurelii Augustini Epistolae ad Galatas expositionem, c. 8, MPL 35, 2110

784–792 Nicolaus de Lira, Postilla ad Evangelium Matthaei 17,1

793 D. 9 c. 9, Friedberg I, 18

793–795 cf. Glossam ordinariam ad Matth. 19,16

793 cf. Sophronii Eusebii Hieronymi Commentariorum in Evangelium Matthaei ad Eusebium I. II, c. XIX, MPL 26, 136

794 cf. Bedae Venerabilis In Matthaei evangelium expositionem, I. III, c. XIX, MPL 92, 86

794 Matth. 19,16

797 non semper...expositorum: cf. De purgatorio, in: De Vooght, P.: Le dialogue «De purgatorio» (1415) de Nicolas de Dresde, Recherches de Théologie ancienne et médiévale 42, 1975, 185; Nicola della Rosa Nera detto da Dresda (1380?–1416?): De reliquiis et de veneratione sanctorum — De purgatorio, ed. R. Cegna, Wrocław — Varsovie — Cracovie — Gdańsk 1977, 87

G 156v<sup>b</sup>

sunt uno spiritu, ut dicit Origenes super Matheum XXVII. Hoc intelligas, quando Spiritu Sancto movente sunt locuti, quia quandoque loquebantur ex se, Spiritus enim Sanctus non semper tangebatur corda prophetarum, ut patet illa materia diffuse in principio Psalterii | per doctores. Sic discordare videntur Augustinus, G 157r<sup>a</sup>  
 800 Ambrosius et Beda a Ieronimo Mathei XXVI de Maria, que effudit unguentum preciosum super caput discumbentis, an illa peccatrix fuit, de qua Luce ait, an alia ab illa. Sic de trina negacione Petri, quando sit facta, diversimode dicunt.

805 Imo Paulus, cum vidisset, quod Petrus non recte ambularet ad veritatem ewangelii, sed reprehensibilis erat, non recepit eum, sed sibi restitit, ut Galatarum II. Sic ipsa Via, Veritas et Vita dixit Iohannis X: „*Si non facio opera Patris mei, nolite credere michi. Si autem facio et si michi non vultis credere, operibus credite*“, ita quod semper pretulit honorem Patris. Sic et quilibet fidelis facere debet et in

810 hoc tenere doctores, ut supra. Et de isto copiose patet, ubi dictum est de materia De usura et De conclusionibus doctorum de Constancia de comunione calicis. Utinam in Cristo pacem haberemus et legem suam practicaremus, sicut et ipse docuit et fecit et primitiva ecclesia tenuit, | ut et partem cum eis haberemus, ut G 157r<sup>b</sup>  
 sicut essemus socii in opere et labore, sic in premio et mercede, quam prestare dignetur unus et trinus omnipotens Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Amen.

815

798 cf. Origenis Commentaria in Evangelium secundum Matthaicum, t. 17, c. 139, MPG 13, 1790–1791

801 cf. Glossam ordinariam ad Librum psalmodum, Prothematia in Psalterium

801 cf. Aurelii Augustini De consensu evangelistarum, l. II, c. LXXIX, MPL 34, 1154–1155

802 cf. Ambrosii Expositionem Evangelii secundum Lucam, l. VI, MPL 15, 1671–1672

802 cf. Bedae Venerabilis In Matthaevi evangelium expositionem, l. IV, c. XXVI, MPL 92, 111

802 cf. Sophronii Eusebii Hieronymi Commentariorum in Evangelium Matthaevi ad Eusebium l. IV, c. XXVI, MPL 26, 191

802 cf. Matth. 26,7

803 cf. Luc. 7,37–38

804 cf. Matth. 26,69–75, Marc. 14,66–72, Luc. 22,55–62, Ioh. 18,25–27

806 cf. Gal. 2,14

807 cf. Ioh. 14,6

807 Ioh. 10,37–38

811 cf. Nicolai de Dresda Tractatum de usuris, ed. P. De Vooght, Recherches de Théologie ancienne et médiévale XLV, 1978, 231–232

811 cf. Nicolai de Dresda Apologiam pro comunione plebis sub utraque specie. Contra conclusiones Doctorum in Constantiensi concilio editas, 616–621

812–813 in Cristo...haberemus: Replica, f. 39r